


BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
71
3 B
35

IVRISPRVDENTIÆ MEDIAE LIBRI IIII.

PARDVLPHO PRAteio I C. Augustobuconiate autore,

Ad Michaëlem Hospitalium magnum Franciæ Cancellarium.



LVGDVNI,
APVD GVLIEL. ROVILLIVM,
SVB SCVTO VENETO.
M. D. LXV.
Cum priuilegio Regis.

Extraict du priuilege du Roy.


AR grace & priuilege du Roy est permis à Guillaume Rouille Libraire de Lyon, d'imprimer, ou faire imprimer vne foys, ou plusieurs, ce present liure intitulé *Iurisprudētiæ mediæ libri* IIII. *Pardulpho Prateio I C. Augustobuconiate autore, & Catapodism ωn libri* II. *& Dicæologiæ liber* I. *eodem autore.* & fait defences depar ledict Seigneur à tous autres Libraires, Imprimeurs, & personnes quelconques, de non imprimer, ou faire imprimer, vendre, ne distribuer, en ses païs, terres, & seigneuries, ledict liure, si ce n'est par le consentement dudict Rouille, & ce iusques au temps & terme de douze ans, à compter du iour & datte que sera paracheué d'imprimer ledict liure, sur peine d'amende arbitraire, & de confiscation des liures qu'ilz auroyēt imprimez. Et afin qu'aucun ne puisse pretendre ignorance du present priuilege, ledict Seigneur veut & entend, que l'extraict d'iceluy estant mis au commencement desdictz liures, serue pour toute notification, sauf en demander copie audict Rouille (si bon leur semble) & ce à leur despens. Car tel est son plaisir, nonobstant oppositions & appellations quelconques, comme plus à-plein est contenu & declaré par lesdictes lettres de priuilege, sur ce donnees à Paris, le huictiéme iour d'Octobre, mil cinq cens cinquante huict.

Par le Roy en son conseil estably pres la Royne.

Signé, Fizes.



MICHAELI HOSPITALIO MAGNO Franciæ Cancellario, καὶ νομοφύλακι,

Pardulphus Prateius εὖ πράττειν, καὶ χαίρειν.





NTIQVISSIMIS *Aegypti populis persuasisse Menam vitæ probatæ, magníque animi virum scribit Diodorus, vt legibus scriptis, velut permagnorum bonorum causa, vterentur: idque optima ratione. Leges enim rem esse diuinam, admirandam, mortalibúsque maxime vtilem, ac necessariam liquidò constat. Leges verò hominibus ideo poni refert summæ*

vir prudentiæ Plato, vt ſecundum eas vitam tranſigant. Nam vniuerſa hominum vita, ſiue magnam vrbem incolat, ſiue paruam, naturâ, legibúsque gubernatur. Horum autem natura incerta, & verſatilis eſt, & ſua cuiuſque hominis: Leges verò communes, & ordinatæ ſunt: idémque hominibus præſcribũt. Itaque ſi natura praua eſt, πολλάκις φαῦλα βούλεται: *atque tales in delicta ruere facilè inuenire licet. Leges autem iuſtum, honeſtum, & vtile imperant, & idipſum quæritant: quod cùm fuerit inuentum, commune iſtud fit* πρόσταγμα, καὶ ἀπεδείχθη πᾶσιν ἴσον. *Quòd ſi leges ſacratiſſimæ abrogarẽtur, obliterarentúrve, vniuerſa rerum publicarum genera malorum iliadibus perculſa obruerentur, & à ſtirpe (penè dixerim) interirent,* ὡς *(vt præclarè, & verè dicebat Demoſthenes)* παραλυθέντων γε τῶν νόμων ἑκάστῳ δοθείσης ἐξουσίας ὅ τι βούλεται ποιεῖν οὐ μόνον

ἡ πολι

ἡ πολιτεία οἴχεται, ἀλλ' οὐδ' ὁ βίος ἡμῶν τοῦ τῶν θηρείων οὐδὲν ἂν διενέγκοι. *Sed quur ἐξοχὴν tuam remoror ijs, quæ perſpectiſsima tibi eſſe nouit Gallia triplex? nouerunt & nationes exteræ? Enitendum eſt, vt leges rectiſsimè ſe habeant, & vt ſacroſanctæ ſunt, ita qua licet arte tradãtur. Id quod à Q. Mutio Scæuola, & Saluio Iuliano Iuriſcoſ. exactiſsimè obſeruatum fuiſſe apud grauiſsimos rerum ſcriptores animaduerti. quo in negotij genere ſuperuacanea reijcienda, recta, & æqua non prætermittenda, ſed omnia ordine naturæ, arti, & legibus cõſentaneo, ductilique viâ ediſſerenda ſunt. Nam grauia ordine tractanda ſcriptum reliquit diuinus, totóque celebratiſsimus orbe Homerus. Equidem, cùm Pandectas iuris ciuilis Codicémque Iuſtinianeum ſæpè perluſtraſſem, geminata, térque repetita quædam, omiſſa aliquot, inuerſa aliqua reſponſorum capita*

deprehendi: pretium itaque operæ facturus videbor, si ea velut indice digito commōstrauero. Hæc iurisperitissimis incognita non esse minimè dubito: at quod nec quisquam omnium detexerat, aut euulgauerat, id præstare (quoad eius facere potero) in animum induxi meū, idque non venandæ popularis auræ gratiâ, sed vt testatissimum facerem, quãto ferar in iuris cãdidatos, & vniuersam rempub. studio. Recepta & peritorum consensu, & moribus immutare, & inuertere conari me efflabunt Prateio mastiges. At si omnia oculatissimè introspexerint, quæ obseruaui notatu digna fuisse non ibunt inficias. Obtrudent præterea iura ciuilia immutari nefas esse: at si rem expenderint propius, ius ipsum nō mutari, sed illæsum conseruari, ac retineri fatebuntur: iuris maiestatem non imminuere me, sed venerari perspicient. Grauiorē viribus meis prouinciam

ciam ſubiiſſe me, & quod molior factu diſficile adſeuerabunt: at quod vulgò iactatur, Omnia ſtudio iuuari, animum recreat, & reficit, & rerũ omniũ cognitio:

Peruigili ſtudio, magnóq; labore paratur,
Verſatíſq; manu (qua licet arte) libris.

Nouum argumenti genus eſt, ſed fortaſſe peritorũ animos excitabit. Calcar addes, ſi labores hoſce meos probaueris. Hæc autem inter operoſiſsima mea ſtudia horis ſucciſiuis adnotabã. Porrò quædam ex iis, quæ libro primo obſeruaui aliqua ex parte à quibuſdã adnotata non me latet, ſed ita, vt aliquibus cauſis ſubleuari poſſe autument. At verò teſtimonio aliquo iuuari non poſſe ſuis locis indicabo. Quod ad ea, quæ lib. ii. & iii. ſcripſi, à nemine tacta fuerunt. Poſtremò cùm perſpicerẽ quoſdam exleges, non bene natos dicæomaſtiges iura ciuilia ſapiẽtiſsimorum, & peritorum hominũ iudiciis ſcripta, ac illuſtrata, an-

tiquanda, penitúsque tollenda aientes, iuris ciuilis originem, causam, definitionem, partitionem diuini humaníque iuris cognationem, virtutem & finem libro singulari edisserui. Sublatis autem legibus, respubl. à stirpe interiret. Ius amitti sine magno reipub. incommodo non potest. Sine legibus, quæ reipub. nerui sunt, nec domus, nec ciuitas, nec gens, nec vniuersum hominum genus, nec rerum natura, nec ipse mundus stare potest. Qui iura ciuilia tolli percupiunt, dira duntaxat habendi, compilandíque libidine impelluntur: nouam, non dicam πολιτείαν. sed ἀπολιτείαν excogitantes. Sed ad institutum reuolemus. Hoc munus à felicioris, feraciorísque ingenij viris obiri debere non diffiteor, hoc non, nisi ab exercitatißimis in iure publicè perdocẽdo tentandũ non nego: sed cùm mihi illucescere cœperit vigesimus annus studiorum meorũ iuris ciuilis, non potui non,

si quid

si quid in eo genere didicerim, in publicũ emittere, accepta ab auo meo Gulielmo Prateio causarũ patrono lampade. Tametsi verò non sim nescius non, nisi præclaro ingenio elaborata, eruditione perornata, téque digna offerri, dicaríve debeant, admiranda tamen tua humanitas, aditus perfacilis, καὶ φιλανθρωπία eò volentẽ adegerunt, vt scripta hæc mea, quãtulacunq; sint, tuæ ἀρχῇ consecrare veritus non sim. Innumera virtutum tuarũ genera, iuris & antiqui & noui peritia, visenda rerũ cognitio, & ἐγκυκλοπαιδεία ad summum honorum fastigium, καὶ νομοφυλακίαν te euexerunt. Nam, vt ait Poëta,

Τιμὴ πέφυκε πᾶσι παιδεία βροτοῖς.

Oculis, auribúsve permultis (vt de Cyro scribit Xenophon) ornaris, vtpote qui omnia, quæ vtilitatis, adiumẽtíve plurimũ adferũt, & audis & vides. In explicãdis antiquis legibus, in conciliandis veterum

Iuriscoß. responsis Aemiliũ Papinianum acutißimi ingenij virum, iurísque thesaurũ peruincis. In iure ex bono, & aequo & dicundo, & interpretando Seruiũ Sulpitium exuperas. Unde nec immeritò magistratuum antistitem désignatũ te pergaudet Gallia tota. Tu interim labores hosce meos aequi, boníque consule, & excipe: id quod facturum te spero: ea est tua in studiosos beneuolentia. Quòd si haec tibi gratißima sensero, doctis omnibus fecisse me satis videbor. Studia haec mea labefactare conabuntur permulti: neque enim, vt ait vetustißimus Theognis,

--οὐδὲ γὰρ ὁ Ζεὺς,

οὔθ' ὕων πάντως ἁνδάνει, οὔτ' ἀνέχων.

Verùm liuidis, iísque, qui aliena labefactant, reclamare iuuat. Vale, atque iterũ vale, eruditorum Mecoenas, & Iurisconsultißimorum Coryphae. Lugduni, Calen. Sextilib. anno salutiferi partus 1560.

A D

AD IOANNEM FORNElium v. c. Lugdunensis prouinciæ rerúmq; ciuilium Præfectum.

Difficile, at pulchrum est, iuris contingere nodos,
Quos scripsit recto tramite docta manus
Arte Tribuniani, ac aliorum excerpta videmus
Iura, verùm sic, vt Mercurio indigeāt.
Indiget ipse suo iuris sic vindice nodus,
Vt doctorū hominū torqueat ingenia.

Ad F. Villarium Regium consiliarium.

Exijt antè vetus iurisprudentia clara,
Quā latuisse diu nescit adusque nemo.
Hoc opus at minimum varias perfertur ad auras
Omissorum index, congeminata notās.

Ad

Ad Io. Baliuum Iuriſcos. καὶ τῶν φίλων intimum.

Enituit quondam iuriſprudentia mirè
Tradita præclarè munere Scæuoleo.
Summa petens aſt auſa fuit contingere ſacras
Leges, plumbea, quas ſuſtulit inuidia.

Ad Leonardum Auclerum rerum capitalium apud Marchiam præfectum.

Biſſenæ redeant integræ (quæſo) Tabellæ,
Unde fluunt doctis commoda magna viris,
Peruneranda (precor) redeant conſulta Senatus,
Adferat & Prætor (qua licet arte) ſua.
Cōcelebrata ferat præclarus Papinianus,
Ut fuerant ſcripta, & Iulius ipſe ſua.

Quæ

Quæ mutilata vides: subtristi hinc pectore, docte,
Audere, conqueritur maxima pars hominum.

Ad Guidonem, & Franciscum Plantadios, alterum Augustobuconio præfectum, alterum aduocatum Regium.

Enecat ingeniũ, qui dissentanea tractat,
Cecidit in vitium τὰ δὲ περισσὰ *ferens.*
Turpe quoque est, si res, sensus, & verba redundent,
Articulis varijs quæ superesse patet.

ἡ ἀρετὴ τῶν πόνων ἐκλεκή.

IVR



IVRISPRV-DENTIAE ME-DIAE LIBRI IIII.

PARDVLPHO PRATEIO I.C. Augustobuconiate autore.

PRAEFATIO.



VVM iuris Ciuilis Pandectarum, ceu Digestorum, Codicísque Iustiniani libros ex veteribus collectos diligētissimis oculis perlustrassem, in ea, quæ effugisse se adstruebant Tribunianus, & Collegæ, vitia prolapsos eosdē animaduerti. Nam cùm eos superuacanea, & similia resecasse (vt eorum verbis vtar) imperfectis adiecisse, & suis numeris omnia absoluisse Iustinianus non semel scriptū reliquit,

quit,mirari ſatis nequeo,cur in eiſdẽ etiam titulis eadem reſpõſa,reſcriptá ve toties repetierint:quæ Iuriſcoss. veteribus neceſſaria viſa eſſent, prætermiſerint, deleuerint, atque obliterarint:cõſentanea, & quæ vno orationis perpetuæ ductu ſcripta erant,inuerterint,immutarint,truncauerint, & velut centonas adſuerint: methodica Q.M. Scæuolæ,Saluij Iuliani,aliorúmque ſcripta amethodica effecerint,& diſſecuerint. Itaque non potui non hęc detegere.Exordiamur autem ab iis,quæ fruſtra bis, térq; repetuntur. Scio Accurſiũ,Bartolum,& Antonium Auguſtinum quædam obſeruaſſe: ſed id ſuis locis indicabimus.Porrò ſuperuacaneè repetita,ſtudioſorum animos obruunt, & enecant. Nam crambe (quod eſt in prouerbio) recocta mors eſt:& (vt ſæpè dicebat A. Alciatus iuris & rerum peritiſſimus)

Occidit miſeros crambe repetita magiſtros.

Vitio verti ſolet, quod otioſum eſt,quódve ſupereſt: cùm nec intellectum, nec ornatũ iuuet.Quæ igitur ſuperuacaneè Pandectis, Codicíque Iuſtinianeo interiecta ſunt, expungenda curet princeps noſter

opti

a §. quibus. j. constit.C.

optimus. Nec mouet, quod ait Iustinianus[a] superuacuas præfationes, quæ aliqua iuris diuisione adiuuãtur, non resecasse. sed nec ad præfationes pertinent, quæ scripsimus. Quòd si ad ipsas sententias Iustiniani constitutionem producas, quæ geminata adnotauimus, nulla iuris diuisione iuuari ea posse depræhendes: sed nec differentiæ ratione, aut distinctionis fœdere subleuari vix posse autumo. Sed vela ventis demus.

IVR





IVRISPRVDENTIAE MEDIAE,

LIBER PRIMVS.

GEMINATIONVM, CAPVT I.

EX PANDECTIS.



RINCIPIO ingeminatur diui Marci rescriptũ, de eo, qui ius sibi dicit. Extat enim lib.iiij.D.tit.ij.c.xiij.[a] Repetitur iisdem verbis lib.xlviij.tit. vij. cap. vij.[b] quo loco Callistrati ad illud decretum epitome recitatur rectè existimãtis id, quod debetur cre-

[a] l. extat. quod met. caus. D.

[b] l. creditores. D. ad leg. Iul. de vi priu.

ditores per iudicem repoſcere debe-
re:alioquin illis pœnale eſſe.Satis au-
tem ſuperque fuit id decretum ſemel
ſub titulo de vi priuata recitaſſe, vt,
re perſpecta, exiſtimo: illic propria
ſedes,proprius,congrúuſq; ſitus. Nec
ſubſiſtimus Accurſij gloſſemate ad-
ſeuerantis caput vnum altero abſo-
lutius. ſed id ab Architectis πανδεκτῶν
effectum puto,ne geminatio innoté-
ſceret: &, vt caput vtrique titulo, cui
interiectum eſt,congrueret: aut pro-
poſiti tenaces viderētur compoſito-
res.Geminari tamen negabit nemo.

CAP. II.

COnduplicarunt Pandectarũ co-
agmentatores cap. iiij.[a] lib.j. tit.
xxj.& cap.xix.[b] lib.xix.tit.ij. vtrobiq;
enim idem eiuſdem Iuriſcoſ. reſpon
ſum refertur:niſi quòd illic reſtrictio
reci

a l. diem. D. de offic. aſſeſſ.
b l. ſed ad des. §. fina. D. loca.

recitatur. Vanissimi igitur operis fuit sub titulo locati, repetere. Et quemadmodum à principalioribus, dignioribúsve nomina indi debent, & hominem cęteris rebus, animantibúsve longè præstantiorem censuerunt Pedius, & Paulus[c], & M. Cicero[d]: quod & Ouidius cecinit lib. j. Metamorph.

Pronáque cùm spectent animalia cætera terram,
Os homini sublime dedit, cælúmq; videre
Iussit, & erectos ad sydera tollere vultus.

Ita, quæ de comitibus, & assessoribus dicuntur, sub titulo de officio assessorum, differenda, tractandáve putem.

c l. xliij. D. de adil. edic.

d lib. ij. de finib.

CAP. III.

SEd mirũ magis videri debet, quod eodem Vlpiani loco bis idem κατὰ ferè λέξιν, sub tit. de officio Quæstoris,[a] repetitum est. Dixerat enim Vl-

a l. j. D. de off. Quæst.

pianus ex L. Feneſtela, Sanè non omnes Quæſtores prouincias ſortiebantur, verùm excepti erant candidati principis. hi etenim ſolis literis (ſic etenim legendum ex L. Feneſtela non libris vt in Pandectis Florentinis & aliis vulgatioribus) principalibus in Senatu legendis vacabant. Subnectunt pòſt paulò eadē verba, eodémque ſenſu architecti Pādectarum. Ex his (ſicut diximus) quidam ſunt, qui candidati principis dicebantur, quíque epiſtulas in Senatu legunt. Cur (rogo) hæc poſtrema adiecta ſunt? Viden' eadem verba repeti? Declarationis cauſa ſubiūcta dicemus? at expreſſius, ſignificatiúsve eloqui nō poterat Vlpianus. Memoriæ iuuādę gratia addita (vt A. Auguſtinus[b] autumat) credemus? at contextus idē obliuionem tollere potuit. Nec mouet, quod

b lib.j. ca. vij. Emēd.

quod ad edictum ædilium dixit idem Vlpianus[c], ædiles tollendæ dubitationis gratia bis ἐπὶ τὸ αὐτὸ idem dixisse. Diuersa enim causa est eorum, quæ à cõpositoribus duplantur: cùm semel dicta rem omnem disceptent, exequantur, & explicent. Sed nec Homerica illa repetitione subsisto, vtpote quæ hortamenti genus sit, vt ait Gellius[d].

c l.j.§.iiij. D. de ædil. edict.

d lib.xiij. cap.xxiij.

CAP. IIII.

Recitatur bis idem Scæuolæ responsum sub diuersis titulis, nempe lib. xxxij. tit.j. c.lxiiij.[a] & lib. xlix. tit.j.cap.xxiiij.[b] Satis autem supérque fuit sub titulo de appellationibus retulisse: ídq; ex subiectis Scæuolæ verbis fiet manifestius, Negotiorum gestor, vel tutor, vel curator bona fide appellauerunt, & diu negotium tra-

a l.fi.de re iudic.D.

b l. negotiorum.D. de appell.

ctum est, quæsitum est, appellatione eorum iniusta pronuntiata, an quia tardiùs iudicatum sit vsuræ principalis pecuniæ medij temporis debeantur? respondi secundum ea, quæ proponerentur, vtilem dandam actionẽ. Nec dubitationem mouet διαφορὰ numeri librorum inscriptionibus præfixa: nam in alterutro erratum adfirmare ausim: neque enim toties repetiisse Scæuolã mihi fit verisimile, qui breui, iis, quæ proponebantur, respondere solebat: ídque elegantissima eius responsa liquidò ostendunt.

CAP. V.

GEminatur sub eodẽ titulo idem Vlpiani ex lib. lxvj. ad edictum, responsum iisdem verbis scriptum c. vj.[a] & c. xviij.[b] lib. xlij. tit. j. vtrobique enim eadem verba sunt. Audiamus Vlpia

a l. miles. de re iudic.
b l. itẽ miles. D. eod.

Vlpianum, Miles, qui ſub armata militia ſtipendia meruit, condemnatus, eatenus, quà facere poteſt, cogitur ſoluere. Memoriam iuuat illa in eodem titulo reſponſorũ repetitio? minimè, ſed enecat potius tædio ingenia: obſunt potiùs, quàm iuuent, aut delectent: tametſi contrà ſenſerit Antonius Auguſtinus in libris Emendationum.

CAP. VI.

FRuſtrà allata fuit bis eodem titulo, ſententia eadem: primò enim recitatur cap. viij.[a] lib. xxij. tit. j. deinde in cap. xxxix.[b] eiuſdem lib. & titu. Porrò licèt cap. viij. tranſcriptum ſit ex lib. vij. reſponſorum Papiniani: caput autem xxxix. ex libr. ix. differentiarum Modeſtini, ſatis tamen ſupérque fuerat adiicere, Papiniani ſen-

a l. equis. D. de vſur.
b l. equis. D. eod.

tentiam probat Modeſtinus: ídq; vete rũ more ſcribit Papinianus, Equis per fideicommiſſum relictis, poſt moram fœtus quoque præſtabitur. Quid aliud Modeſtinus? Neque verbo, legatis, quo vſus eſt Modeſtinus, ſubſiſtendum: Legare enim, vt relinquere latiſſimam habere ſignificationẽ argumento eſt lex xij. Tabul. cuius hæc verba ſunt, *Vti quiſque legaßit rei ſuæ, ita ius eſto.* Quòd ſi verbum, legatis, de donatione à defuncto relicta, ab hæredéque præſtanda accipiendum putes (quò etiam Modeſtini ſententiam propendere mihi ſit veriſimile) hæc vox legatis, reſponſo Papiniani erat interiicienda poſt verbum, relictis. Adſolent enim compoſitores ex pluribus reſponſis vnum conficere, aut vnum in duo diſſecare.

CAP.

CAP. VII.

REpetitum fuit bis idem Iulij Pauli decretum. Primùm quidē lib. x.titu.ij.cap.xlj.[a] καὶ πάλιν lib. xxxvij. tit.xiiij.cap.xxiiij.[b] Sat erat lib.x.ti.ij. recitasse vbi propria sedes:nam de familia erciscunda disceptabatur. Eadem vtrobique verba sunt:nisi quòd in cap.xxiiij.& iudex & appellans nominabantur,nempe Hermogenes,& Carmelia. Nec mouet, quod obtrudit A. Augustinus[c] permulta separatis tractatibus scribenda. quod enim ait,de diuersis accipi debere argumēto est,quod scribit Caius de testamēto militari loquēs[d]. Quædam (inquit Paulus) mulier à iudice appellauerat, quòd diceret eum de diuidenda hæreditate inter se, & cohæredem, non tantùm res,sed & libertos diuisisse:& alimenta, quæ dari testator certis li-

a l.quedā. D.fa.ercis.
b l.fi.D.de in.patro.
c lib.j.cap. vij.Emen.
d l.ij.D.de testa.milit.

bertis iussisset. nullo enim iure id eũ fecisse. Ex aduerso respõdebatur consensisse eos diuisioni, & multis annis alimenta secũdum diuisionem præstitisse. Placuit standum esse alimentorum præstationi. Sed & illud adiecit nullam esse libertorũ diuisionem.

CAP. VIII.

EAdem Saluij Iuliani verba bis in eandem rem recitantur: cùm semel retulisse sufficiebat. extant enim lib. xviij. tit. ij. cap. iiij. θεμ. ij.[a] παυδ. & lib. xliij. tit. xxiiij. c. xj. θεμ. viij.[b] Tametsi vtrique titulo congruat responsum: tamen titulo, quod vi, aut clàm, interiecisse satis supérque fuit: cùm in eo genere potissima esset controuersia, cui, scilicet, competeret interdictum: id quod verbis Iuliani[c] manifestius ostenditur. Si fundus, inquit, in

a l. iiij. §. idẽ Iulianus. de in di. adiect.

b l. is, qui in puteum. §. si fundus. quod vi aut clã.

c d. §. si fundus.

in diem addictus sit, cui competet interdictum? & ait Iulianus interdictũ quod vi aut clàm ei competere, cuius interfuit opus non fieri. Quod si obiicias hæc fuisse Vlpiani, non Iuliani verba, dicam illum huius sententiam probare vsqueadeò, vt eiusdem verbis vsus sit: bino tamen relatu opus non erat.

CAP. IX.

Repetita fuit iisdem verbis ex lib. iiij. Digestorum Saluij Iuliani facti species: primò quidem lib. xliiij. tit. ij. cap. ij.[a] παυδ. deinde eodem lib. tit. vij. c. xv.[b] semel in titulum exceptionum rei iudic. transcribẽda, vbi propria sedes. Nec me mouet diuersa inscriptio: nam Iuliani verba esse Vlpianus ait: Qui cũ hærede eius egit, qui filiũ præterierat, & exceptione summotus

a l. ij. D. de excep. rei iudic.
b l. qui cũ hærede. D. de oblig. & act.

motus est, ac si non in ea causa sint tabulæ testamenti, vt contra eas bonorum possessio dari possit: omittente emãcipato filio bonorum possessionem non iniquè postulabit creditor restitui sibi actionem aduersus scriptum hæredem: [nam quandiu bonorum possessio contra tabulas filio dari potest, hæres quodam modo debitor nõ est] Subiicit Vlpianus. & ita Iulianus lib. iiij. Digestorum scribit.

His notis [ ] inclusa accepi ex d. l. qui cũ. quia Iuliani sunt, & omissa in d. l. ij. à compositoribus iuris Ciuilis.

CAP. X.

QVod repetita sit hæreditatis definitio diuersis titulis video priore lib. 50. tit. xvj. cap. xxiiij.[a] altero eodem lib. titu. xvij. cap. lxij.[b] quo verò consilio id effecerint Tribunianus, & collegæ, non video. Cùm itaque Iulianus hæreditatem in hęc verba definiisset, hęreditas, nihil est aliud, quàm suc

a l. nihil. de verb. signif. D.
b l. hæreditas. de regul. iur.

ſucceſſio in vniuerſum ius, quod defunctus habuit: ſatis fuiſſet adiicere, more veterum: quam definitionem Caius probat: ſemel ſub tit. de verborum ſignificatione, eóq; congruo retuliſſe ſat erat: at ſuperuacanea obtrudere, neceſſaria tollere, antiquare, & delere voluerũt architecti. Caij & Iuliani definitionem probare viſus eſt M. Cicero in Topic. ad C. Trebatium Iuriſcos. Hæreditas eſt pecunia, quæ morte alicuius peruenit iure, nec ea aut legata teſtamento, aut poſſeſſione retenta. Hęreditatem autem κλῆρον appellauit Solon apud Demoſthenẽ ὑπὲρ ἀγχιστείας κλήρου, de petitione hæreditatis loquens. Quod & docuimus lib. ij. vet. iuriſprudentiæ ad Solonis leges.

CAP. XI.

EXtat ter in eandem ſententiam idem eiuſdẽ Vlpiani reſponſum

ſemel

ſemel tranſcribendum. Refertur lib. j. tit.xiiij. cap.iiij.[a] & eodem lib. titu. xviij.cap.v.[b] & lib.xxv.tit.v.cap.iiij.[c] cùm ſemel huic poſtremo loco intexendum erat, vbi proprius ſitus, congrua ſedes de tutore enim à iudicibus dando quæſitum erat. Nec ſubſiſtimus eo, quòd ſuperiore capite v. de præſide diſceptatur. Nam cùm de omnibus tribunalibus ediſſeruiſſet Vlpianus, verbum, præſes ab eodem Vlpiano adiectum, & à Tribuniano in d.c.iiij. (vt adſolet) detractum ex eo aliud caput factum ab eis mihi fit veriſimile: aut quòd de Prætore dictum erat, ad præſides prouinciæ produxerunt Tribunianus, & collegæ: ſi extarent Vlpiani monumenta, quæ temporum iniuria, & liuore plumbeo perierunt, harum rerum veritas eluceſceret. Optima autẽ ratione placuit

præ

a l.iiij. de offi.prætor.
b l.præſes. D. de offic. præſidis.
c l.prætor. de tuto. & curat. da. ab. D.

prętorem tutorem dare se posse. Nam prætores curam pupillorum habere iussit Solon apud Demosthenem ὑπὲρ ἀγνίας, ὁ ἄρχων ἐπιμελέισθω τῶν ὀρφανῶν &c. Id quod fusissimè nostris ad eam legem commentariis[d] explicuimus.

[d] νομ. ιε. legũ Solon.

CAP. XII.

CVm præsidis nomẽ generale sit, vt Macer[a] ait, eóque procõsules, & legati Cæsaris cõtineantur, frustrà repetitum fuit cap. iiij. libr.[b] j. titul. xviij. sub titulo de officio Proconsulis & legati, cap. viij.[c] eodem lib. titu. xvj. quod & vtriusque capitis inscriptione liquidò ostenditur. Sic enim vtrobique scriptum est, Vlpianus lib. xxxix. ad edictum[d] Præses prouinciæ maius imperium in ea prouincia habet omnibus post principem. Repetuntur eadem verba sub titulo de officio

[a] l.j. D. de off. præsid.

[b] l. iiij. de off. præsid. D.

[c] l. viij. de off. procons.

[d] d. l. iiij.

e l. vij. ficio proconsulis[e], Idem (scilicet Vlpianus) li. xxxix. ad edictum, Et ideo maius imperium in ea prouincia habet omnibus post principem. Eodem igitur loco Vlpianus & de præside generaliter, & de proconsule in specie edisseruit.

CAP. XIII.

TAmetsi prætor sub titulo, de his, qui notantur infamia, lib. iij. τῶν πανδέκτ.[a] præuaricationis causa iudicatos infamia notari edixerit: cùm tamen præuaricationum tractatũ collegerint architecti lib. xlvij. tit. xv. ex variis Iurisconss. responsis, sat erat eo loco ex Vlpiani libro vj. ad edictum præuaricatorem definiisse[b]. nec ex eodem lib. repetenda erat sub titulo ij. lib. iij. cap. iiij.[c] Est autem præuaricator, qui, prodita causa sua, diuersam

a l. j. de ijs, qui not. infa.

b l. j. in princ. D. de præuarica.

c l. iiij. §. ij. de ijs, qui not. infa.

ſam partem adiuuat, definitore Vlpian. Huc videtur pertinere, quod M. Cicero [d] ait de præuaricatione, quæ Græcis καθύφεσις dicta eſt, Prę̄uaricationis, inquit, nomen ſignificat eum, qui contrariis cauſis quaſi variè poſitus eſt.

d in partit. Orat.

CAP. XIIII.

GEminatam verbi, deſtitiſſe, explicationem ex Vlpiani lib. x. ad edictum animaduerti: extat enim li. v. tit. j. cap. x. [a] & lib. iiij. tit. iiij. ca. xxj. [b] Sat erat titu. de iudiciis, vbi proprius congruúsque ſitus interieciſſe. Deſtitiſſe, inquit Vlpianus, is videtur, non qui diſtulit, ſed qui liti renuntiauit in totum. Cur igitur ſub titulo de minoribus repetitur?

a l. deſtitiſſe. D. de iudic.
b l. deſtitiſſe. D. de minor.

CAP. XVII.

a L. quoniã. D. de vsufr. ear. rer.
b L. & fi. D. vsusfru. quẽad. cau.

VLpiani idem reſponſum fruſtrà diuerſis locis repetitum fuit de vſusfructus amiſſione loquentis. Extat etenim lib. vij. tit. v. cap. x.[a] in prin. & lib. eod. titu. ix. cap. vij.[b] in fin. Satis enim ſupérque erat ſub titu. de vſufr. ea. rer. recitaſſe vbi propria ſedes. Nã cap. ix. eiuſdem tit. ita ad Neratium ſcripſerat Paulus, In ſtipulatione de reddendo vſufructu pecuniæ duo ſoli caſus interponuntur mortis, & ſtipulationis. Subiiciunt ex Vlpiano architecti, quoniam pecuniæ vſus aliter amitti non poteſt, quàm iis caſibus. Cur igitur eadem verba repetuntur eodem lib. tit. ix. cap. vij. in fi. ídq; in eandem rem? Id non iuuandæ memoriæ gratia, vt quidam putant, ſed obliuione repetitum fuiſſe aio.

CAP.

CAP. XVI.

MIrari satis nequeo, cur idẽ Caij responsum ingeminauerint architecti cap. scilicet iiij.[a] lib. xxij. tit. iiij. & cap. iiij. lib. xx. tit. j.[b] cùm vtrobique hypothecæ subiiciendi modus explicetur iisdem verbis ex eodẽ Caij loco trãscriptis. Sub titulo siquidem de pignoribus hæc tractare sat erat. Scribit Caius libro singulari de formula hypothecaria. Contrahitur hypotheca per pactum cõuentum cum quis paciscitur, vt res eius propter aliquam obligationem sint hypothecæ nomine obligatæ. nec ad rem pertinet quibus fit verbis, sicut in his obligationibus, quæ cõsensu contrahuntur. Et ideo, & sine scriptura, si conuenit, vt hypotheca sit, & probari poterit, res obligata erit, de qua conueniunt. Fiunt enim de iis scripturæ, vt

a l. in re. D. de fid. inst.
b l. cõtrahitur. D. de pign.

quod actum est,per eas facilè probari poterit.Sine his autem valet, quod actum est, si habeat probationem,sicut & nuptiæ sunt, licet testationes in scriptis habitę non sint.Semel hęc dicta oportuit. Nec nos mouent postrema huius responsi verba,quæ titulo de fide instrumentorum congruerent: nam de omnibus contractibus, hominúmve actibus, idem iuris esse nemo non videt. Quorsum igitur repetitum est?

CAP. XVII.

IN maiorem ferri cœpi admirationem, cùm legissem Iauoleni Labeonem repræhendentis responsum in eandem rem sub eodem titulo iij. libr.xxiij.cap.lxxx.[a] & lxxxiij.[b] repetitum.Sic enim apud Iauolenum scriptum referunt architecti. Si debitor mulie

a l. debitor. D. de iur.dot.
b l. debitor ij. D. eod.tit.

mulieris dotẽ ſponſo promiſerit poſſe mulierem ante nuptias à debitore eam pecuniam petere, neque eo nomine poſtea debitorem viro obligatum futurum ait Labeo. Falſum eſt, quia promiſſio in pendenti eſſet, donec obligatio in ea cauſa eſt. Iauoleni ſententiam probari argumẽto eſt, quod Seruius apud Neratiũ ſcribit[c] ſub titulo πανδεκτῶν, de condictione cauſa dati cauſa nõ ſequuta. Sic enim legendum ex Pauli lib. v.[d] Quæſtionum animaduerti. Quum itaque Iauoleni ſententia vera ſit, cur eodem titulo bis recitatur iiſdem verbis conceptaʔ ecquis, niſi Curione Ciceronia nõ obliuioſior, eodem loco bis eadem referretʔ

c l. quod Seruius.

d l. v. in princ. verſ. in hac. D. de praeſcri. verb.

CAP. XVIII.

IDem quod proximè dixi, obſeruãs Accurſius in gloſſemate ad proœ-

mium Codicis Iuſtinianei [a], in culpā ſcribam transfert: ait enim eius vitio cap.xj. & xiiij.lib.xx. tit.v.[b] geminari. Sic autem ait Scæuola lib.j. Reſponſorum. Arbiter diuidendæ hæreditatis, cùm corpora diuiſiſſet nomina quoque cōmunium debitorum ſeparatim ſingulis in ſolidum adſignauit, quæſitum eſt, an debitoribus ceſſantibus pro ſolido pignus vendere quiſque poteſt. reſpondi poſſe. Equidem, cùm poſteriori capiti ſub finem addita ſint hæc verba, *Sibi addicto, & pignus ſub eo nomine obligatum*, Tribuniano & collegis vitioſam illam repetitionem adſcribo. Verba autem adtitia, gloſſemata eſſe adſerere auſim, quæ elegātiùs, & Scæuolæo more ſupprimerētur. Ex re enim ſatis intelliguntur. Huiuſmodi etiam gloſſemata interiecit antiquus librarius in

a §. quibus. de no. Cod. fac.

b l. arbiter j. & ij. D. de diſtr. pig.

in Pand. Florentinis his notulis **, quæ aliquando indicabimus duce Deo,opti.maxi. Quod ad ca.xiiij.lib. xx.tit.v.attinet,Bartolus ad d.cap.xj. censuit inaduertenter adiectum.

CAP. XIX.

VAnissimi fuit operis bis idẽ Caij responsum referre,primò quidẽ sub lib.xliiij.tit.vij.cap.v.&[illegible] iiij.suppresso nomine Caij.[a] deinde sub lib. 50.ti.xiij.cap.v.[b] expresso eo, vbi propria sedes secundum tituli inscriptionem:potuit etiam lib.xliiij.tit.vij.interiici:verùm sat fuit recitasse semel, etsi sæpissimè in eam rem etiamnum peccetur. Scribit igitur Caius lib. iij. rerum quotidianarum, siue aureorũ, Si iudex litem suam fecerit,non propriè ex maleficio obligatus videtur: sed quia neque ex contractu obliga-

[a] l.si quis absentis. §. si index. D.de oblig. & act.
[b] l.fi. D. de extraor. cognit.

tus est, vtique aliquid peccasse intelligitur, licet per imprudentiam ideo videtur quasi ex maleficio teneri in factum actione, & in quantum de ea re æquum religioni iudicantis, visum fuerit, pœnam sustinebit. Eiusdem Caij, suppresso autore, verba recitant architecti lib. iiij. Institut.[c] tit. v. Cur toties repetuntur? quid iuuat παλινῳδίαν canere? Iudex autem litem suam facere intelligitur, cùm dolo malo in fraudem legis sententiam dixerit, vt Caius[d] ait: qui locus ad titulum de iudiciis non pertinet.

c de oblig. quæ ex quasi delict. in princ.

d l. filius fa. §.j. D. de iudic.

CAP. XX.

QVum legi Aquiliæ locum esse in specie apud Pomponium relata obtinuerit, frustrà sub titulo locati[a] repetitur. Satis enim supérque fuit recitare lib. ix. tit. ij. cap. v.[b] §. iij. Sed mouet

a l. item quæritur. §. item Iulianus. D. loca.

b l. sed & si. D. ad legem Aqui.

mouet dubitationem, quod sub titulo legis Aquiliæ Iulianum dubitantem, an & danda sit actio legis Aquiliæ, in ca. verò xiij. lib. xviij. tit. ij. aientem, & ex locato, & legis Aquiliæ agi posse effecerint architecti, vtrum verius sit, non nisi, perlustrato Iuliani loco, diiudicari potest: magis tamẽ est, vtranque actionem competere. Sed alterutra contẽtum esse debere actorem Paulus [c] scribit. Docenti leuem castigationem concessam esse Iulianus, & Vlpianus [d] aiunt: quod nec improbat Chrysippus. Cędi verò discentes minimè vult M. Fabius [e] variis adductis rationibus. Sunt tamẽ, qui plagiosiores Orbilio Horatij præceptore verberibus adficiant etiam immeritò: quo adductus Horatius præceptorem plagosum vocat,

Esse reor, memini quæ plagosum mihi

[c] *l. si vulnerauerit. D. locati.*
[d] *l. sed & si.*
[e] *lib. j. c. iij.*

paruo
Orbilium dictare, sed emendata videri.
Pulchráque & exactis minimum distantia miror.

CAP. XXI.

SExti Pedij æstimandi ratio toties repetenda non erat iisdem verbis: primò quidem lib.ix.tit.ij.ca.xxxiij.[a] deinde cap.lxiij.lib.xxxv.[b] tit.ij.Non eo inficias vtrique tractatui conuenire: sed semel dictũ oportuit. Vtrobique autem Iulius Paulus eadẽ verba refert lib.ij. sed vno loco ad Plautium, altero ad legem Iuliam & Papiam. Illi libri non extant. Pretia rerũ non ex adfectione, nec vtilitate singulorum, sed communiter fungi. Itaque eum, qui filium naturalem possidet non eo locupletiorem esse, quòd eum plurimò, si alius possideret, redẽpturus

a l. si seruum. D. ad leg. Aquil.
b l. pretia. ad leg. Falcid. D.

rus fuit. nec illũ, qui filium alienum possideat tantũ, haberet, quanti eum patri vendere posset.

CAP. XXII.

DVplicandum non erat idẽ Pomponij responsum: recitare enim sat fuit cap.xij.lib.xij.[a] tit.j.nec repeti debuit lib.xliiij.tit.vij.ca.xxiiij.[b] Nec subsistimus diuersitate inscriptionũ, eadẽ enim vtrobique verba sunt eiusdem Pomponij ita loquentis, Si à furioso, cùm eum cõpotem mentis esse putares, pecuniam quasi mutuam acceperis, eáque in rem tuam versa fuerit condictionem furioso acquiri Iulianus ait. Nam ex quibus causis ignorantibus nobis actiones acquirũtur, ex eisdem etiã furioso acquiri. Quorsum igitur lib. xliiij. recitãtur eadem verba, nisi quòd illic agi posse furiosi nomi

a l. si à furioso. D. si cert. pet.

b l. si à furioso. de ob. & actio.

nomine adiectũ scio: cùm hîc furioso actionem quęri lib.xij. dixissent Iulianus, & Vlpianus: quæ eôdem pertinent. Meritò eandem furiosorum, quæ absentiũ causam esse proditum est: non enim intelligit furiosus, quæ geruntur: cùm, vt Vlpianus[e] ait, compos mentis non sit. Optima igitur ratione curator illis dari iussus est l.xij. Tabularum his verbis, *Si furiosus est, Agnatorum, Gentiliúmque in eo pecuniáve eius, potestas esto.* Quæ verba ex M. Cicerone lib.ij. de Inuẽtione sumpta sunt, definiente furorem mentis ad omnia cæcitatem: & maius, quàm insaniam. Absenti igitur furiosus absimilis non est.

[e] l. qui testamento. D. de testa.

CAP. XXIII.

CVm superflui nihil reliquisse se iactitent architecti τῶν πανδέκτων,

eccur

eccur ingeminarunt Scæuolæ in eandem rem, & ſententiam reſponſum? lib. xv. tit. j. cap. liiij.[a] & lviij.[b] Ait Scæuola, Vni ex hæredibus prædia legauit, vt instructa erant, cum ſeruis, & cæteris rebus, & quicquid ibi eſſet: hi ſerui domino debitores fuerunt, tam ex aliis cauſis, quàm ex ratione calendarij. quæſitum eſt, an cæteris hæredibus aduerſus eũ pecuniæ ab iis debitæ actio de peculio cõpetit? reſpondit non competere. Nec ſubſiſtimus quòd cap. liiij. ex lib. j. Reſponſorum, cap. lviij. ex lib. v. Digeſtorum tranſcriptum ſit: cùm vtrunque Scæuolæ, & in eandem rem ſit. Semel igitur dixiſſe ſat erat, ídque ex profeſſo. Sed & vtriuſq; capitis eandem eſſe rationem Accurſius illic adnotauit.

a l. filiofa. D. de pecul.
b l. fi. D. eod.

CAP.

CAP. XXIIII.

DVplicatur eadem in idem epi-ſtola Seueri, videlicet §.j. cap.ij. lib.xxvj. tit.vj.[a] & cap.ij. §.xv. cap.ij. li.xxxviij.[b] Si mater (inquit Iuriſcos.) non petierit tutores idoneos filiis ſuis, vel prioribus excuſatis, relictísve non confeſtim aliorum nomina ediderit, ius non habet vindicandorũ ſibi bonorum inteſtatorum filiorũ. Nec moueor diuerſis inſcriptionibus, illud enim Modeſtini, hoc Vlpiani eſt. Nã Vlpiani verba ſæpiſſimè refert Hærenius Modeſtinus νομικῶν κορυφαῖον appellans. Vlpianus quoque epiſtolæ illius verba recitat. Sed cùm ad Tertyllianum S C. pertineat hæc tractatio, illic retuliſſe ſufficiebat: tametſi non addubitem matrem ex iis eſſe, quæ tutorẽ petere debeant. Nec igno ro Seuerum, ſub quo floruit Vlpianus

Lam

a l. ἐὰν οἱ. §. omnem. verſ. & ideo. D. qui pet. tut.
b l. ij. §. ſi mater. D. ad Tertyl.

Lampridio autore, in vtrãq; rem rescripsisse. Sed eius æquissima epistola more cothurni vsus est Tribunianus.

CAP. XXV.

SAtis fuit lib.50. titu.iiij.[a] cap.xj. §. iij.idem planè responsum in eandem rem editum trãscribere, sub titulo autem j.lib.xxvj.cap.vj.[b] repetere aut recitare vanissimi fuit operis, & superuacanei. Modesti hæc verba vtrobique sunt. Reprobari posse medicum à republica, quãuis semel probatus sit, diuus magnus Antoninus rescripsit. Nec me mouent diuersi librorum tituli, variæq; inscriptiones: semel enim dictum oportuit. Sed nec mouent Imperatorum nomina: Seuerum enim patrem cum M. Antonino magno Caracalla filio simul rescripsisse interpretatur A. Augustinus.

a l. vt gradatim. de muner. & hon. D.

b l. ἰᾶν λόγ. §. Philosophi. D. de excus.

nus.[c] Sed nec ignoro à Gordiano[d] constitutionem hanc ad grammaticos, seu oratores productam: nec ad tutorum excusationem pertinet illud responsum repetitum, si rectè expendatur.

c lib. sing. ad Modest. §. Philosophos.
d l. ij. de profess. & medic.

CAP. XXVI.

Extat bis idem responsum (etsi sit diuersorum Iurisconsultorũ) sub tit. xvij. lib. 50. πανδεκτῶν, cap. cxxix. §. j.[a] & cap. clxxviij.[b] Ait Paulus, Cùm principalis causa non consistat, plerunque nec ea quidem, quæ sequuntur, locum habent. Nec moueor cap. xxix. vbi vox, plerunque desideratur, aut scriptoris vitio, aut Tribuniani & collegarum culpa omissa fuit: exprimi enim debuit, cùm ex causis diuersum prodiderint Iuriscõsulti, atq; interpretes. Quod obtinet potissimùm cum

a l. nihil dolo. §. j. D. diuers. reg. iur.
b l. cum. principalis. D. eod.

cum quæ ſequuntur, alio quàm principalis, iure cenſentur, quale eſſe in ſpecie conſtitutionis diuorum principum[c] ſcribit A. Alciatus.[d]

c l. & ſi ñ. C. de præd. min.

d tracta. præſumpt. reg. ij. præſump. 5.

CAP. XXVII.

NOn exiſtimo Iulium Paulum reſponſa ſubnexa lib. xv. ad Plautium bis ſcripſiſſe, ſed alterutro contentum: cùm idem ius ſit amiſſione aquæ diurnæ, quod nocturnæ. Scribit igitur Paulus, vt relatum eſt lib. viij. πανδεκτῶν, tit. vj. cap. x.[a] Si is, qui nocturnam aquam habet, interdiu per conſtitutum ad amiſſionem tempus, vſus fuerit, amiſit nocturnã, qua vſus non eſt. Alio loco[b] ita aiunt architecti Paulum notaſſe in hæc verba, cuius eſſe vera puto, Si prius nocturnæ aquæ ſeruitus mihi ceſſa fuerit, deinde poſteà alia ceſſione diurnæ quoq;

a l. ſi communem. §. fi. D. quẽadmo. ſer. amitt.

b l. ſi priui. D. de aqua & aq. plu.

ductus aquæ conceſſus mihi fuerit,& per conſtitutum tēpus nocturna duntaxat aqua vſus fuerim,amitto ſeruitutē aquæ diurnæ:quia hoc caſu plures ſunt ſeruitutes diuerſarum ſeruitutum.Eò facile adduci nequeo,vt & hoc, illúdve caput Paulum ſcripſiſſe cenſeam. Quòd ſi fecerit, vtrunque coniungendum erat ſub titu. quemadmodum ſeruitutes amittantur.

CAP. XXVIII.

NOn poteſt dici iuuandæ memoriæ,aut explicationis gratia repetitū idem Vlp.reſpōſum eo.lib.iiij.tit. iiij.cap.xiij.[a] & xvij.[b] cùm ex eodem loco tranſcripta ſint.Puto igitur Vlpianum ita ſcripſiſſe, Hæredibus harum perſonarum, item aduerſus hæredes, & cæteros ſucceſſores, de eo, quod ad eos peruenit, de dolo actio erit

[a] l.hæredibus. D. de dol.mal.
[b] l.ſi plures. §. fin. D.eod.

erit danda. Quid profuit idē responsum repetere, & in velut frusta dissecare? Hinc profluxêre interpretū nostrorum conflictus, commentarij (si diis placet) syluosissimi. His, quæ semel dixerat Vlpianus adiiciendum erat, quod ait Caius lib. iiij. ad edictū prouinciale [c], Eatenus ad eos peruenisse dicitur, quatenus ex ea re locupletior ad eos hæreditas venerit.

[c] l. in hæredem. D. de dol. ma.

CAP. XXIX.

SVperuacaneum fuisse nemo sanæ mentis negabit eadem Iuliani verba repetita ex lib. vj. Vlpiani [a] ad Sabinum. Prius autem sibi quis debet hæredem scribere, deinde filio [substituere] & non cōuertere ordinē scripturæ. & hoc Iulianus putat [prius sibi debere, deinde filio hæredem scribere.] Quæ posterioribus his notu-

[a] l. ij. §. prius. D. de vulg.

lis [ ] interiecta sunt, superfluunt. Quod ad verbum [substituere] inclusum attinet ab architectis adiectũ existimo, sed elegantiùs eclipsi quadam supprimeretur: quod cogitandũ relinquo iis, qui σχημάτων norũt vires.

CAP. XXX.

SAtis supérq; verborũ fuit, quæ ad ius pertinent, significationes, acceptionésve referre, ac diuersas antiqui iuris regulas suis locis colligere more veterum: nec ex eis tractatus tituli̇́ve duo, qui Pandectas absoluunt, construendi erant. Quo effectum videmus, vt qui de iure respondent, iuráve patrociniis, aut iudicationibus explicãt, sola iuris regula sæpissimè restringibili contenti sint. Nec me mouet, quod ait Accursius[a], cuius sententia à Bartolo probari visa est, nouũ non esse,

[a] glos. rub. D. de diuers. reg. iur.

esse, vt quibusdam enumeratis, quandam generalem clausulam subiici, quæ omnia comprehendat &c. Duplici enim ratione id diluemus. Nam si regulas ad vniuersum πανδέκτων cōtextum referas, falsum est, quod ait Accursius, si rem omnem diligentissimè expendamus. Si singulæ regulæ singulis legibus conferas, legem quālibet ita, atque regula, latè patere animaduertes: quòd si quādoq; latiùs illæ pateant, singulis legibus aut capitibus eodem tractatu subiiciendæ erant. Sed ad institutū reuolemus. Extat bis idem Modestini responsum, sed variis titulis. Recitatur primùm lib. xxvij. titu. j. cap. ij.[b] in hæc verba, ἀλλὰ περὶ τέκνων ἢ ἡ προσηγορία αὐτὴ καὶ ἐπὶ τοὺς ἐγγόνους ἐκτείνεται. Repetuntur eadem verba ex eodem Modestino libr. 50. tit. xvj. cap. ciiij.[c] Scio huius legis sen-

b l. ij. D. de excusat. tut.

c l. ū τῶν. D. de verb. signific.

tentiam variis iuris articulis tractari & explicari. Natorum appellatio ad nepotes extenditur. Extensionis, verbo, rectè vsus fuit Modestinus. Nam τέκνα appellatione filios contineri ex Homero Odyss. o, manifestò liquet. Sed ad rem. satis fuit elegans illud responsum semel retulisse.

CAP. XXXI.

REcitatur bis eadem Vlpiani sententia: itaque dissectum fuit in duo capita, quorum vnum est cap. xxxv. θεμ. j.[a] alterum cap. xxxviij.[b] tit. iij. lib. iiij. Semel dictum oportuit absolutè, & perfectissimè, quale præstitisse Vlpianum eadem vtriusque inscriptio indicat. Audiamus Vlpianũ, Non solùm autem si actio postuletur à procuratore, sed & preiudicium, vel interdictum, vel stipulatione legato-rum,

[a] l. sed & hæ. vers. nõ solũ. D. de procur.
[b] l. non solum. D. eo.

rum, vel damni infecti velit caueri, debebit absentē defendere in competenti tribunali, & eadem prouincia. Hæc interiicienda erāt, [& in interrogationibus:] quæ ex cap. xxxviij. suppleui. Quod autē illic adiectum est, vt in iure interrogatus ex omnibus causis respondeat, ex quibus dominus, architectorum verba esse adfirmare ausim. Nam verbo, defendere relato ad verbum, interrogationibus, id cōpræhensum est. Defendere, inquit Vlpianus[c], est id facere, quod dominus in litem faceret. Superfluò igitur adiecta sunt, vt & cap. xxxviij.

c d. l. sed & his. §. defendere.

CAP. XXXII.

QVæ diximus de cap. ij. lib. xxvij. tit. j. παυδ. & cap. ciiij. lib. 50. tit. xvj. eadem putes, velim de cap. vij. §. vij.[a] lib. xlj. tit. j. & cap. lxij. lib. 50. titu.

a l. adeò. §. appellatione. D. de acq. rer. do.

xvj.[b] quæ ſunt eiuſdem Iuriſconſulti etſi diuerſi adferãtur tituli. Ait igitur Caius[c], Appellatione tigni omnes materię ſignificantur, ex quibus ædificia fiũt, fruſtrà alibi[d] repetitur: cùm in citato capite vij. propria eſſet ſedes, vbi lex xij. Tabularum explicatur. Hinc & ſuperuacaneus mihi viſus eſt tit. iij. lib. xlvij.[e] πανδεκτ. cuius ſententia & vis explanatur cap. vij. ſuperiore. Quæ autem illic dixerat Vlpianus, huic interiicienda erant. Sæpiſſimè igitur idem reſponſum recitari videmus.

b l. tigni. D. de verb. ſignific.

c d. §. appell.

d l. tigni. & in l. j. D. de tigno iuncto. & l. vij. D. ad exhib.

e de tig. iuncto.

CAP. XXXIII.

IN eadem cauſa ſunt cap. lvj.[a] libr. xxxij. & cap. clxviij. lib. 50. tit. xvj.[b] vtrunque enim decerptum eſt ex lib. iiij. Iulij Pauli ad Sabinum. Ait Paulus, Pali, & perticæ in numero materiæ

a l. pali. de leg. iij. D.

b l. pali. de verb. ſign.

riæ redigēdi ſunt: & ideo tignorum appellatione non continentur. Palos autem pedamentorum ſpeciem eſſe ſcriptum reliquit M. Varro. Palum vitis pedamentum eſſe ex Tibulo[c] liquet,

[c] lib. j. Eleg.

Hic docuit tenerā palus adiungere vitem.

Palus à Græcis σκόλοψ, καὶ πάσσαλος dictus eſt. Hinc & Gallicum verbum, *paiſſeau*, deſcendit.

CAP. XXXIIII.

IDem quoque cenſeo de cap. lv.[a] θεμ. iiij. lib. xxxij. Pand. & c. clxvij.[b] lib. 50. tit. xvj. cùm vtrunq; ex lib. xxv. ad Sabinum Vlpiani ínq; eadem verba concipiatur. Carbonum, inquit ille, appellatione huiuſmodi materiā non contineri, ſed an lignorū? Et fortaſsis quis dicet nec lignorum: non enim lignorum gratiâ habuit. Sed &

[a] l. ligni. §. ſi lignū. D. de leg. iij.
[b] l. carbonum. D. de verb. ſign.

titiones, & alia ligna cocta, ne fumū faciant, vtrum ligno, an carboni, an suo generi adnumerabimus, & magis est, vt proprium genus habeatur. Sulphurata quoque de ligno eādem habebunt definitionē. Quum de definitione ligni legati quæreretur, sat fuit sub titulo, de legatis, eóque congruo explicare, nec toties eadem definitio iisdem verbis repetenda fuit.

CAP. XXXV.

a l. si legatus. §. j. D. ad Trebel.
b l. meorū. de verb. signif. D.

SEd nec aliud existimandum putem de cap. xxx. tit. j. lib. xxxvj.[a] & ca. xcj.[b] tit. xvj. lib. 50. πανδεκτῶν. Tametsi enim diuersorum sint Iurisconsultorum, illud Marciani hoc Iulij Pauli, eadem tamen sententia, verba omnino similia. Meorū, aiunt, & tuorum appellatione etiam actiones contineri dicendum est. Satis superq; fuit sub

ſub titulo, ad S C. Trebellianum, retuliſſe. Meum autem & tuum prouocabula, litium, & bellorum ſeminaria eſſe cenſui lib. j. veteris Iuriſprudẽtiæ ad Draconis leges. Meum autem variè accipi manifeſtum eſt.

CAP. XXXVI.

SAtíſne fuit morbum ſonticũ definiuiſſe lib. xlij. tit. j. cap. lx.[a] eccur idem repetitum fuit lib. 50. tit. xvj. ca. cxiij?[b] Nec me mouet, quòd diuerſi ſint iuris autores: ſatis enim fuit adieciſſe, Saluij Iuliani definitionẽ probat Iauolenus. Sic enim dixerat Iulianus, Morbus ſonticus exiſtimandus eſt, qui cuiuſque rei agendæ impedimento eſt. Hoc autem verbo vſa eſt lex xij. Tab. *Si iudex, vel alter ex litigatoribus morbo ſontico impediatur, dies iudicij diffiſus eſto.* Hanc legem expli-

cui

a *l. quæſitum. de re iudic. D.*
b *l. morbus. D. de verb. ſigni.*

cui lib.iiij. veteris Iurisprudentiæ. A. Gellius[c] scribit legum xij. Tab. scriptores appellasse morbum sonticum, qui vehementiorem grauiter nocendi vim habet. Satis autem fuit semel definiisse.

c lib.20. cap.j.

CAP. XXXVII.

QVid aliud crederes de c. xxiiij.[a] tit.iij.lib.xvj. & de cap.clxxxvj. lib.50.ti.xvj.[b] etsi illud Papiniani:hoc Vlpiani sit? Recitatu vno sub titulo, depositi,cõtenti fuissemus: illic enim congruus situs ex facti specie apud Aemilium Papinianum relata constat. Quid est enim,inquit, aliud cõmendare, quàm deponere ? Eadem verba refert Vlpianus. Hoc significatu vsus est Plautus,

Qualinam amico mea commendauit bona?probo,& fideli,& fido.

a l. Lucius.D.depositi.
b l. commendare. D. de verb. signifi.

Huius

Huius verbi loco, Græci habēt ſuum ἐπιτρέπειν: vnde & ἐπιτροποὶ, id eſt, tutores, & curatores ducti ſunt.

CAP. XXXVIII.

SEruorum, verbi notationem, ἐτυμολογίαν ve ingeminare vaniſſimum fuiſſe, ea, quam ſuperius diximus, ratione cenſemus. Ita enim cap. iiij. tit. v. lib. j. Pandect.[a] ſcripſerat Florentinus. Serui ex eo appellati ſunt, quòd Imperatores captiuos vendere, ac per hoc ſeruare, nec occidere ſolent. Cur eadem verba ex Pōponio aliò tranſcripſere architecti, nēpe ca. ccxxxix. tit. xxvj. lib. 50.[b] conſultius fuiſſet hæc verba, aut ſimilia ſūbieciſſe, & ita Florentinus, & Pomponius aiūt. Horum ſententiam probat Auguſtinus libro xix. de Ciuitate Dei. Seruos autē olim vendi ſolitos apud Ariſtophanem[c] ani

a l. libertas. D. de ſtat. hom.

b l. pupillus. de ver. ſign.

c in Pluto.

animaduerti:

Γε. πόθεν οὖν ἕξεις θεράποντας;
Χρ. ὠνησόμεθ' ἀργυρίου δήπου. Γε. τίς δ' ἔσται πρῶτον ὁ πωλῶν
ὅταν ἀργύριον κἀκεῖνος ἔχῃ;

CAP. XXXIX.

DEscripserat Vlpianus ex Iuliano (vt mea fert sententia) cauillationis naturam cap. clxxvij.[a] tit. xvj. lib. 50. πανδ. in hæc verba, Natura cauillationis, quam Græci σωρείτην appellauerũt, hæc est, vt ab euidenter veris per breuissimas mutationes disputatio ad ea, quæ euidẽter falsa sunt, perducatur. Superuacaneum ergo fuit eadem verba ex Iuliano repetere lib. 50. tit. xvij. ca. lxv.[b] Soritis exemplum est apud Horatium lib. iij. Carminũ,

Damnosa quid non imminuit dies?
Aetas parentum peior auis, tulit

[a] l. natura. D. de verb. sign.

[b] l. ea est. D. de diuers. reg. iur.

Nos

Nos nequiores, mox daturos
Progeniem vitiosiorem.

CAP. XL.

TAntum autoritatis Tribuniano, & collegis tribuit Iustinianus, vt ex duobus, pluribúsve respõsis vnam ex vno capita duo effecerint: id quod obseruare potuissent in recitatu cap. ccxiij. §.j. versu posteriori lib. 50. titu. xvj.[a] & cap.[b] ccxxiij. eiusdem titu. & lib. vtriusq; finis ingeminatur, vtpote; quæ iisdem verbis concepta sint. Ait Vlpianus lib. j. Regularum, Lata culpa est nimia negligẽtia, id est, non intelligere, quod omnes intelligunt: Paulus lib. ij. Sententiarum, Latæ culpæ finis est, non intelligere, quod omnes intelligunt. Consultius fuisset vtrunq; responsum connectere (quorum autores collegæ erant, vt ait Ae-

a. l. eadere. in fi. D. de ver. sig.
b l. lata. D. eod.

lius

lius Lampridius in Alexandro Seuero) in hæc verba, Lata culpa est nimia negligentia, cuius finis est non intelligere, quod omnes intelligunt, vt Vlpianus, & Paulus aiunt.

CAP. XLI.

QVæ superiùs [a] diximus, eadem dici & posse, & debere adfirmare ausim de cap.[b] xix. lib. xl. titu. xij. & de c. lxxvj. lib. 50. tit. xvj.[c] Satis enim supérque fuit vno loco recitasse sub titulo, scilicet, de liberali causa. Retulerant ex Vlpiano [d] architecti: In tantum ergo tenetur, quãtum dedit, vel in quantum obligatus est, scilicet, in duplum. Sed vtrum pretium tantum, an etiam id quod pretio accessit, duplicetur, videamus, & putem omne omnino quod propter emptioné dedit. Subiiciũt ex Paulo [e] lib. lj. ad Edictum

a ca. xxx.

b l. vel permutauit. D. de lib. caus.

c l. dedisse. D. de verb. sign.

d l. in tantum. D. de lib. caus.

e d. l. vel permutauit.

ctum, Vel permutauit, vel compensauit eo nomine: nam & is dedisse intelligendus est. Quid adiumenti adtulit eorum verborum ex eodem Pauli libro repetitio: lib. 50. titul. xvj. cap. lxxvj. id quod Paulus [f] effugit lib. vij. ad Sabinum, varietate vsus.

f l. si ei. D. de iur. dot.

CAP. XLII.

IN eadem causa sunt diuersæ iuris antiqui regulæ in posteriorẽ πανδεκτῶν tractatum reiectæ. Cùm itaque cap. xx. [a] tit. ij. lib. xvij. ex lib. xxxj. Vlpiani ad Edictum, hoc respõsum decerpsissent, Nam socij mei socius, socius meus non est. quorsum repetitũ est sub lib. 50. tit. xvij. [b] cap. xlvij. Hoc autem responsum ad varios casus, produxerunt recentiores interpretes. Quod in liberto, libertáque testantis receptũ ait Modestinus [c]. Horum

a l. nam socij. D. pro socio.

b l. consilij. in fi. D. de reg. iur.

c l. Modestinus. de verb. signif.

d l. qui liberis. §. j. D. de vulg. e l. boues. §. j. de ver. signif. D.

rationem ait Alciatus ex Vlpiani [d] & Pomponij sententia [e] sumi posse. Quem etiam locum And. Tiraquellus in Commẽtariis ad Pomponium eleganter enucleauit. multis in hanc rem citatis testimoniis: in quibus ipse plurimus est.

CAP. XLIII.

a l. cùm fuerit. de cõd. & demonst. D.

VAnissimi fuit operis bis eandem iuris antiqui regulam ex Vlpiani libris recitare. Ait Vlpianus [a], Cùm fuerit sub hac conditione legatum, *Si in familia nupsisset*, videtur impleta conditio statim, atq; ducta est vxor, quamuis ea in cubiculũ mariti nondum venerit. Nuptias enim non concubitus, sed consensus facit. hactenus Vlpianus: cuius verba ex eodem lib. xxxv. ad Sabinum repetuntur, lib. 50. tit. xvij. ca. xxx. [b] vbi in Pand. Florent.

b l. nuptias. D. de regul. iur.

men

mendum numeri librorum eſt, cùm ex eodem libro deſumptum illud argumento ſunt eadem verba. In hanc autem ſententiam vide Plutarchum in præcept. connubialibus.

CAP. XLIIII.

QVid aliud cenſeas de ca.ix.[a] lib. j.tit.xvj.& de cap.lxxj. tit.xvij.[b] lib.50. πανδεκτῶν. Vtrobique eadem regula recitatur ex eodẽ Vlpiano. Vbi decretum, inquit, neceſſarium eſt per libellum id expedire proconſul non poteſt. Subiicit Vlpianus regulam rationis redditiuã. Omnia enim quæcunque cauſæ cognitionem deſiderant, per libellum non poſſunt expediri. Quid adiumenti adtulit illius gemina recitatio? Libellum autem ſupplicem requeſtã vocant Galli, G. Budæo interprete. quo ſignificatu vſus

a l. nec quicquã. §. j. de offic. proconſ. D.
b l. omnia. de reg. iur. D.

est & Paulus[c] lib. j. Quæstionum, & libr. singulari de officio assessorum[d], & Triphoninus cap.xij.lib.xx.tit.v.

c l. libertus.ij. de in ius voc. D.
d l.j. D. de offic. assess.

CAP. XLV.

NOn video, quî cap.lxxxj. lib. 50. tit. xvij. [a] interpretetur cap. lvj. [b] lib.xvij. tit.j. vt putat Anto. Augustinus lib.j. Emend.cap.vij. Non eo inficias quin pronũtiatum à ratione explicetur. atqui eadem ratio vtrobiq; recitatur: ridiculum est igitur dicere vnum alio explanari. Qui mutuam pecuniam dari mandauit, omisso reo promittẽdi, & pignoribus non distractis, eligi potest, quod vti liceat, si literis exprimatur, distractis quoque pignoribus, ad eum creditor redire poterit. Subnectit regulam Iuriscos. quâ rationem eorum, quæ dixerat, adsignauit. Etenim, quę dubitationis tollendæ

a l. qua dubitationis. de reg. iur. D.
b l. qui mutuam. D. manda.

lendæ cauſa contractibus inſeruntur, ius commune non lædunt. Quorſum hæc regula geminatur? In hoc genere ita à lege xij. Tabul. ſcitum retuli lib. iiij. veter. Iuriſprud. *In contractibus ea præstantor, quæ linguâ nuncupata ſunt.* Fortiſſimum huius eſt argumentum, quòd quę nuncupata, expreſſáve non eſſent, præſtari non debere traditum ſcio[c]. Sed hoc à Iuriſconſultis temperatur: cuius rei παραδείγματα prudens prætereo.

c l. prædia. §. fin. D. de fund. instr. leg.

CAP. XLVI.

QVum cap. lxx.[a] tit. iij. lib. xxiij. & cap. lxxxv. titu.[b] xvij. lib. 50. iiſdem concepta ſint verbis, vtriuſque inſcriptio eadem ex lib. vj. Quæſtionũ, quî fieri poteſt, vt vno aliud enucleetur. Satis igitur ſupérque erat ſub titulo, de iure dotiũ, recitare. In am-

a l. in ambiguis. D. de iur. dot.
b l. in ambiguis. D. de reg. iur.

biguis reſpõdere pro dote melius eſt: ídque optima ratione. Nam (vt ait Pomponius lib.xv.ad Sabinum[c])dotium cauſa ſemper & vbique præcipua eſt. Publicè enim intereſt dotes mulieribus conſeruari: cùm dotatas eſſe fœminas ad ſobolem procreandam, replendámque liberis hominibus ciuitatem maximè ſit neceſſariũ. Porrò dotes variis priuilegiis adornatas liquidò conſtabit iis, qui ius ciuile perluſtrabunt,quæ recenſere inſtituti noſtri non eſt.

c l. j. D. ſolu.matr.

CAP. XLVII.

EAdem ſemper cenſui de ca. xix.[a] lib.xlij.tit.j.& cap.clxxiij.[b]lib.50. tit.xvij.vtriuſque eadem ſententia,& inſcriptio.Sed nec res illa ſub titulo, ſoluto matrimonio,D.c.xij.xiij.xiiij. xv. xvij. xviij. tractanda erat at ſub titu

a l. inter eos.de re iu dic.D.
b l.in condẽnatione. de reg.iur.

titulo, de re iudicata, D. vbi propria sedes, congruus locus. Nec idem Pauli nostri responsum in tot mēbra dissectum oportuit, nempe in cap. xix. xxj. & xxiij. de re iudicata, D. & c. xiij. xv. xvij. soluto matrimonio: imò verò ductu vno, perpetuóque contextu tractanda res erat, sed & coniungenda erant alia aliorū Iurisconss. responsa, ídque ex professo architectorum. Animaduerti intereà mendū in Pandectis Florent. Nam cap. xix. xxj. & xxiij. D. de re iudic. transcripta sunt ex Iulij Pauli lib. vj. ad Plautium, & cap. xiij. xv. & xvij. D. soluto matrim. accepta referuntur ex libro eiusdem Pauli septimo ad Plautium, quæ in eandem tamen rem scripta sunt. Alterutra igitur inscriptio falsa est. Sed (vt ait elegans Poëta Horatius)

Illuc, vnde abij, redeo.

eadem verba toties repetenda non erant, sed semel regula recitanda fuit sub titulo, de re iudicata, & eius effectu, cuius verba huc transferre nolui.

CAP. XLVIII.

FRustrà bis recitatur eadem sententia, reguláque ex lib. iij. Iauoleni ex posterioribus Labeonis, ídque totidem, iisdémque verbis. Ait Iuriscos.[a] Fructus rei est, vel pignori dare licere. Sufficiebat semel regulam recitasse suo loco, vbi de omnibus accessionibus disputatur: cur igitur repetita fuit cap. lxxij.[b] lib. 50. titulo posteriore πανδέκτων? Caput xxj. tit. iiij. lib. ij.[c] & cap. ciij. lib. 50. titu. xvij.[d] in eadem causa sunt. Nemo de domo extrahi debet, ait vtrobique Paulus.

a l. fin. D. de vsur.
b l. fructus. de regul. iur. D.
c l. sed & si. de in ius voc.
d l. nemo de domo. de reg. iur.

CAP.

CAP. XLIX.

NOn potest eadem regula à sibi omnino simili, totidem, ac iisdem verbis concepta explicari, vt falsò creditum est: quale visitur in cap. lij[a] lib. xxxv. tit. j. & cap. cxcv.[b] lib. 50. tit. xvij. vtrunque enim est ex lib. vij. Differentiarum Herennij Modestini ita scribentis. Nonnunquam contingit, vt nominatim expressa officiant: quamuis omissa, tacitè intelligi potuissent, nec essent obfutura: quod obuenit, si alicui ita legatur, *Titio decem do lego, si Mæuius capitolium adscenderit.* Nam, quamuis in arbitrio Mæuij sit, an capitolium adscēdat, & velit efficere, vt Titio legatum debeatur, nōn tamē poterit aliis verbis vtiliter legari, *Si Mæuius voluerit, Titio decem do.* Nam in alienam voluntatem conferri legatū non potest. Sub-

a *l. nonnunquā. de condit. & demon. D.*
b *l. expressa. de regu. iur. D.*

iicit regulam Herēnius:inde dictum eſt,expreſſa nocent,non expreſſa non nocent. Cur hæc igitur repetitur alibi[e]?Sat erat ſuo loco dixiſſe.

e d. l. expreſſa.

CAP. L.

NEmo ſani capitis negabit, quin cap.[a] xlij.lib.xxiij.tit.ij.D. & ca. cxcvij.[b] lib.50.tit.xvij. πανδεκτ. geminentur.Quocirca vnum ex iis recitare ſufficiat. Semper, ait Modeſtinus, in coniunctionibus, non ſolùm quid liceat,conſiderandum eſt,ſed & quid honeſtum ſit. Sat igitur erat ſemel dixiſſe qualitates coniunctionum nuptialium ſub congruo titulo, de ritu nuptiarum. Honeſtatem igitur in nuptiis ſpectari oportere liquet:id quod liquidò Xenophon in œconomico oſtendit: cuius verba huc trāſcribere nolui,vtpote quæ cuiuis fiant obuia.

a l.ſemper in coniunctionibus. de rit. nup. D.
b l. ſemper. de reg. iur. D.

CAP. LI.

QVorſum geminata fuit regula ex Vlpiani loco eodem decerpta recitata cap.xiij.[a] tit.iij.lib.v.& ſuperuacaneè repetita lib.50.tit.xvij.ca. cxxvj.[b] cùm vtrobique eadem regulę verba ſint. Scribit igitur Vlpianus, Si quis ſciens alienam emit hæreditatem, quaſi pro poſſeſſore poſſidet: & ſic ab eo peti hæreditatem quidam putant. quam ſententiam non puto veram: nemo enim prædo eſt, qui pretium numerauit. Vltima hæc verba eccur repetuntur ſub titulo, de diuerſis regulis iuris?

a l.nec vllam. §. ſi quis. de pet. here.
b l. nemo prædo. de reg.iur.

CAP. LII.

NOn diſſimilis eſt cauſa cap.j.[a] ti. xviij.lib.xliij.& cap.clvj.[b] lib.50. tit.xvij. Audiamus Vlpianum, Planè, ſi aduerſus ſuperficiarium velit vindica

a l.j. §.ſi autẽ. D.de ſuperfic.
b l. inuitus. §.j. de reg.iur.

dicare, dicendũ est, exceptione vtendum in factũ data. Nam, cui damus actionem eidem & exceptionẽ competere multò magis quis dixerit. Hæc postrema verba quis negabit superuacaneè repetita alibi[c]?

c d.§.j.

CAP. LIII.

NEminem existimo diuersum iis, quæ superiùs diximus, sentire postubi contulerit caput j. §. vj. libr, xliij.[a] cap. clij. lib. 50. tit. xvij.[b] cùm ex eodẽ Iuriscos. scilicet, Vlpiano transcripta sint, atque ex eodem libro, & in eandem rem. Deiecisse autẽ etiam is videtur, qui mandauit, vel iussit, vt aliquis deiiceretur. quid igitur recitatu gemino opus fuit? In eos verò, qui de possessione, quem deiecissent, actionem in factũ Solon dedit apud Demosthenem, ἐάν τις ἐξείλῃ τινὰ, τῆς ἐρ-

a l. j. §. deiecisse. de vi & vi arm.
b l. hoc iure. §. j. de reg. iur.

γασίας

γασίας ὑπεύθυνος ἔσω. Quam legem, citato Prætoris edicto, explicui lib. ij. veteris Iuriſprudentiæ νόμ. νε.

CAP. LIIII.

NOn geminatur ſolùm idem in eandem ſententiam reſpõſum, ſed & ter, vt alia permulta, recitatur iiſdem verbis, primò quidem c.lxij.[a] lib.vj.tit.j. πανδεκτ. deinde in cap.iiij.[b] lib.xliiij.titu.iiij. poſtremò in cap.ij.[c] lib.xxj.tit.ij.vbi propria eius reſponſi ſedes: tametſi hoc poſtremum Pomponij, priora duo Vlpiani ſint: vnde adiicere ſat erat Vlpiani ſententiam probat Pomponius. Audiamus Vlpianum, Si à Titio fundum emeris Sempronij, & tibi traditus ſit pretio ſoluto, deinde Titius Sẽpronio hæres extiterit, & eundem alij vendiderit, & tradiderit, æquius eſt, vt tu potior ſis, præto

a l. ſi à Titio. D. de rei vendic.
b l. apud Celſum. §. ſi à Titio. de dol. exce.
c l. penul. D. de exce. rei vend.

prætorem te tueri. Nam etsi ipse venditor eam rem à te peteret, exceptione eum submoueres. Sed etsi ipse eum possideret, & tu peteres, aduersus exceptionem dominij replicatione vteretis. Hactenus Vlpianus. Architecti verò, vt idem responsum variis titulis subseruiret, exceptionum genera interiecerūt vni capiti[d]. Hanc autem trinam recitationem visus est præsensisse Bartolus Saxoferratius[e]. Porrò Vlpiani sentētia, vt æqua est, ita tuenda. Eum enim, cui priori tradita res est, potiorem esse Diocletianus & Maximianus[f] rescripserunt Aurelio Proculino.

d d. §. si à Titio.

e l. si à Titio. de rei vend. D.

f l. quoties. C. de rei vendic.

CAP. LV.

CVm generaliter dictum esset initiò vitiosum, tempore non conualiturum, quid adiumenti adtulit

specia

ſpeciatim explicare, & idem repetere: geminatum eſt cap. xxix.[a] lib.50. tit.xvij. & cap. ccx.[b] eiuſdem libri & tituli. Nam, vt ait M.Fabius[c], genus ad refellendam ſpeciem plurimùm valet. Planè quod generaliter dictum eſt, interpretatione coanguſtari ſcio apud Iuriſconss. autoribus Accurſio, & P. Decio[d]. Si quis igitur rem ſacrã, aut vſibus publicis in perpetuum relictam ſtipulatus ſit, inutilis ſtipulatio eſt: nec, ſi res ea profana fieret, aut in priuatos vſus reuerteretur, nihilò magis recõualeſcet obligatio, reuireſcét ve: idque Paulus noſter[e] ſcribit.

a c. quod initio. de reg. iur. D.
b l. penul. D. eod.
c lib. 5. cap. x.
d d. l. quod initio.
e l. inter ſtip. §. ſacrã. de ver. oblig.

CAP. LVI.

INgeminatum ſcio Papiniani reſponſum cap. xv.[a] lib. v. tit. ij. & ca. vij.[b] li. xxxviij. tit. vj. Nec mouet ex diuerſis libris inſcriptio: id enim effe-

a l. nam & ſi. D. de inoff. teſt.
b l. ſcripto. §. fin. D. ſi tab. teſt. in vulg. vo. lib.

ctum

ctum est, vt θεῷ congruerent, & subseruirent architecton scopo, & instituto. Audiamus Papinianum. Nam etsi parentibus non debetur filiorum hæreditas propter votum parentum, & naturalem erga filios charitatem: turbato tamen ordine mortalitatis, non minus parentibus, quàm liberis piè relinqui debet. Sufficiebat semel hæc dixisse. Rectè autem adiecit Papinianus, turbato ordine: naturæ enim ordo exigit, vt patres præmoriantur, eísq; filij succedant: quod & Ouidiana Penelope lib. j. Epistolarum expressit de Telemacho filio loquens,

Dij, precor, hoc iubeant, vt euntibus ordine fatis,
Ille meos oculos comprimat, ille tuos.

CAP. LVII.

Caput lxiij.[a] lib. xxxv. tit. ij. & ca. iij.[b] lib. xiij. tit. iiij. τῶν παίδων. etsi verbis

a l. pretia. ad leg. Falcid. D.
b l. ideo. D. de eo, quod certi loc.

verbis diſſimilia ſint,ſenſu tamen eodem videntur cōcepta : vnum etiam altero abſolutius perfectiúſque eſt. Nonnullam pretio varietatem loca, temporáque adferunt;nec enim tantidem Romæ, & in Hiſpania oleum æſtimabitur.Nec mouet,quòd diuerſorum ſint Iuriſconſultorum,connectendæ enim, vt pleræque, erant ſententiæ, & loco tractandæ congruo. Quod à Paulo dictum eſt de oleo,ad frumentum & oleū produxit Caius. Atticam etiam olei feraciſſimā fuiſſe, argumento eſt huius à Solone ſapiētiſſimo permiſſa exportatio apud Plutarchum in eo, τῶν γινομένων διάθεσιν πρὸς ξένους ἐλαίον μόνον &c. quam legem lib.ij.veteris Iuriſprudentiæ explicui. Porrò oleum laborum ſubſidium appellauit Plato in Menexeno, interprete M.Ficino.

CAP. LVIII.

a l. coiri. D. pro soc. b l. & ita. D. eod. c d. l. coiri.

DVplicata nec quiſpiã omnium inficias ibit cap. vij.[a] & xj.[b] lib. xvij. titu.ij. Dixerat enim Vlpianus[c], Coiri ſocietatem, & ſimpliciter licet: & ſi non fuerit diſtinctũ, videtur eſſe coita vniuerſorũ, quæ ex quæſtu veniunt, hoc eſt, ſi quod lucrum ex emptione, venditione, locatione, conductione deſcẽdit. Subiicitur ex eodem Vlpiano ad Sabinum cap. ix.[d] eod. tit. Nec adiecit Sabinus hæreditatẽ, aut legatum, vel donationes mortis cauſa, ſiue non mortis cauſa, &c. Fruſtrà igitur adiectũ eſt cap. xj. eiuſdem lib. & tit. iiſdem verbis, & in eandem rem conceptum. Sat ſupérq; fuit adieciſſe, & ita Q. Mutius ſcribit. Quæſtum à Græcis meritò ἐργασίαν appellatum intelligi Iulius[e] Paulus ait, qui ex opera alicuius deſcendit. Quod & Teren

d l. nec adiecit. D. eo.

e l. quæſtus. D. eo.

Terentius[f] significare visus est in Eunucho,

Est genus hominum, qui esse primos se omnium rerum volunt
Nec sunt tamen: hos consector: hisce ego non paro me vt videant:
Sed his vltrò adrideo, & eorum ingenia admiror: simul
Quicquid dicunt, laudo: id rursum, si negant, laudo: id quoque
Negat quis, nego: ait, aio. Postremò imperaui egomet mihi
Omnia assentari: is quæstus nunc est multò vberrimus.

f Actus 2. Scen. 2.

CAP. LIX.

Ex Codice Iustinianeo.



HACTENVS, quæ in Pandectis geminata visuntur, recensui, ad ea, quæ in Codice duplicãtur, transuolare lubet. Quor-

ſum Codici ſui nominis vnã ex ſuis conſtitutionem bis recitandam iuſſit Iuſtinianus. Primò quidem lib. j. conſtit. poſteriore tit. iiij.[a] deinde iiſdem verbis ſub lib. vij. tit. xl. cõſti. ij.[b] Hæc, ſi conferas, geminata inficias non ibis: vtriuſque verba huc tranſcribere vaniſſimi eſſet operis. Nec mouet, quod huic adiectum eſt: potuit enim & ſuperiori caſus ille omiſſus adiici. Satiùs igitur erat ſemel titulis præſcriptionum interiicere, vbi propria ſedes. Vtrobique autem interrumpendarum vſucapionum formam præſtituit Iuſtinianus. Vigilantibus ſiquidem ius Ciuile ſcriptum eſſe Scæuola[c] noſter ait. Sed nec negligentibus ſubueniendum Paulus[d] ſcribit, Qui res ſuas ſaluas ſibi percupiũt, ſomno nimio obrui nõ debet, ſed vigilare, vt Chriſtus opt. max. docet apud Euangelio

a l. fin. de epiſcop. audien. C.
b l. vt perfectiùs. C. de annali except.
c l. pupillus. D. quæ in fraud. cred.
d l. non enim. ex quib. cauſ. maio.

geliographum Matthæũ, cap. xxiiij. Ἐκεῖνο δὲ γινώσκετε ὅτι εἰ ᾔδει ὁ οἰκοδεσπότης ποίᾳ φυλακῇ ὁ κλέπτης ἔρχεται ἐγρηγόρησεν &c.

CAP. LX.

SAtis non fuit Tribuniano, & collegis bis eandem constitutionem repetere, nisi ter quoque recitassent: ídq; superuacaneè, cùm omnium eadem ferè verba sint, eadẽ per omnia res, idem effectus, similes inscriptiones, & subscriptiones. Porrò de matre hæreditate filij submouenda, huic si tutores non petierit, loquũtur. Plus quàm semel illud rescriptum recitare vanum fuit. Congruus autem eius locus erat sub titulo, ad S C. Tertylianum. Refertur primùm lib. vj. titu. lv. constit. vj. [a] iterum parum immutatis verbis eodem lib. titu. lvij. constit. x. [b] postremò lib. viij. titu. xv. constit.

a l. omnẽ. C. ad Tertyl.
b l. sciant. C. de legit. hæred.

e l. si mater. C. in quib. caus. pignus.

vj.[e] nec posterioris verbis vltimis subsistimus. Compositorũ enim esse putem, eóque adiecta, vt titulo congrueret constitutio. Extat etiã bis in hanc eandem rem diui Seueri constitutio in Digestis Iustiniani, vt & superiùs cap. xxiiij. admonuimus. Sat erat vno loco dixisse: cùm autoritatem Pandectis ex veteri iure collectis tribuerit Iustinianus nõ semel. Quod ad sextæ illius constitutionis verba attinet, etsi fuissent eorum, quos inscribunt Imperatorũ, cum vnam constitutionem in duas sæpe distribuerint: satis tamẽ supérque fuit ita libr. viij. concepisse, Impp. The. &c. Mariti eius, quæ tutorem filiis prioris nõ petierat bona ad ratiocinia iure pignoris tenebuntur obnoxia. Dat. &c. Sed & hanc constitutionem postremam repetiit Iustinianis ἐν Νεαραῖς [d], περὶ τῶν δευτερογαμούν-

d constit. xxij.

τῶν. Εἰ δὲ ἐπιτροπεύοι γυνὴ τῶν παίδων πρόδηλον ὡς ἀνήβων καθεστώτων, διομοσαμένη μὴ πρὸς δεύτερον ἔρχεσθαι γάμον εἶτα καταφρονήσασα καὶ τῆς προτέρας εὐνῆς, καὶ τῶν ὅρκων εἰς ἀνδρὸς ἔλθοι δευτέρου, μὴ πρότερον ἐπιτροπόν τε αἰτήσασα, καὶ τοὺς λογισμοὺς παρασχομένη, καὶ καταβαλοῦσα πᾶν ὅσον ἐντεῦθεν ὀφείλει, οὐ μόνον τὰ αὐτοῦ ὑποθήκην ἔχειν ὁ νόμος συγχωρεῖ τοῖς παισὶν, ἀλλὰ καὶ τοῦ γήμαντος οὐσίαν ὑπάγει ταῖς ὑποθήκαις &c.

CAP. LXI.

EXtat bis diuorum Seueri & Antonini idem in eandem ſententiam reſcriptum iiſdē verbis vtrobique conceptum, conſtit.j.lib.iiij.titu.xxx.[a] & conſtitu.j.[b] lib.viij.tit.xxxiij. Audiamus Impp. Si pecuniā tibi non eſſe numeratam, atq; ideò fruſtrà cautionem emiſſam, & pignus datū probaturus es, in rē experiri potes: nam

a l.j.C.de nō nu.pec.
b l.j.C.ſi pig. cōuen. nu.pecu.

intentio dati pignoris, neque numeratæ redditæ pecuniæ non aliter tenebit, quàm si de fide debiti constiterit, eadémque ratione veritas seruetur, si, te possidéte pignus, aduersarius tuus agere cœperit. Hactenus illi: Cùm itaq; potissima causa sit pecunia non numerata, licet eius spe pignus datum esset, sufficiebat titulo, de non numerata pecunia, recitasse.

CAP. LXII.

IN eadem causa sunt constitutio posterior[a] lib.ij.tit.vj.& consti.[b] xiiij. tit.iiij.lib.j. Cod. cùm in rem eandẽ, iisdémque verbis ab eisdem Imperatoribus, eodémque tempore scriptæ sint: vetant autem neminẽ omnium in togatorũ consortium cooptandũ, nisi sacrosanctis orthodoxæ religionis fuerit imbutus mysteriis: quòd si contrà

a l.fin.C. de postul.
b l.nemo. C.de episco. audien.

contrà factum esset, dabit pœnas illic inscriptas. Ecquis negat satis supérq; fuisse titulo, de postulando, vbi proprius erat locus, interiicere? Quorsum igitur τὴν λέξιν recitatur sub titulo, de episcopali audientia?

CAP. LXIII.

NEc absimilis ratio est constitutionis v.[a] lib.v.tit.j. & constitut. xv.[b] lib.j.tit.iiij. cùm vtrobique sit eadem inscriptio, & subscriptio, eadẽ res, eadem verba, quæ huc referre nolo. Satis autem fuit titulo, de sponsalibus, vbi propria sedes, inserere. Porrò absolutior est, quæ sub titulo, de sponsalibus, refertur. quo loco causæ repudiandæ sponsæ recensentur: sed hæ ob ignorationem recipiẽdæ sunt: alioquin contrà.

a l. mulier. §. his illud. de spõs.
b l. si legibus. C. de episc. aud.

CAP. LXIIII.

DVplicatur Iustiniani ad Hermogenem constitutio, quæ de raptoribus loquitur paucis immutatis. Interiecta enim est lib.j.tit.iiij.consti. xlj.[a] deinde absolutiùs lib.ix.tit.xiiij. sub titu. de raptu virginum, congruè magis collocata[b]. Raptores autẽ fori præscriptione submotos vltimo supplicio plectẽdos citra appellationem iussit. Solon verò drachmis duntaxat decem puniri voluit, huius hæc verba sunt, ἐάν τις ἁρπάσῃ ἐλευθέραν γυναῖκα, καὶ βιάζηται ζημίαν δέκα δραχμὰς τάξασθαι. Rectè adiecit lex, καὶ βιάζηται. Nam si rapuisset solum, violasset, deflorassétve, minime ex eius sententia puniri non debet. At Iouiani[c] constitutione scio expressum ita, Si quis non dicam rapere vel attentare matrimonij iungendi causa, sacratas virgines, vel inuitas

a l.raptores. C. de episco. & cler.

b l.vnica. C. de rapt. virgi.

c l.ij.de raptu. lib. ix. tit.xxv. C. Thе. & l.si quis. C. de epis. & cle.

uitas auſus fuerit, capitali ſententia feriatur. Ea autem ratione morti addicēdos raptores, voluit Iuſtinianus, quòd virginitas, vel caſtitas corrupta reſtitui non poſſit. Quod & Hieronymus [d] probat. Sed cũ omnia ſint Deo poſſibilia, poſſe & eum virginem integritati reſtituere non diffiteor. Nec me mouet, quod ex Propheta [e] refert Hieronymus, Virgo Iſraël cecidit, & non eſt qui ſuſcitet eam: hoc Theologis diſcutiendũ relinquimus. Subiicit Imperator, Cùm nec ab homicidij crimine huiuſmodi raptores ſint vacui. Aegyptiorum lege violatoris virilia abſcindi iuberi ſcribit Diodorus Siculus lib. ij. rerum antiquarum.

d c. ſi Paulus. xxxij. quaeſt. ij.

e Amos cap. 5.

CAP. LXV.

GEminata quis negabit ca. x. [a] lib. ij. tit. iij. & cap. j. [b] titu. xiiij. lib. v. cùm

a l. legem. C. de pact.

b l. j. C. de pac. cõuen.

cùm eadē verba, & oratio ſit, eidem ſcripta, Ex pacto,cui ſubeſt cauſa actionem naſci proditum eſt. Sic autem vtrobiq; ſcriptum ſcio, Legem, quam dixiſti, cùm dotē pro alumna dares ſeruari oportet. Nec obeſſe tibi poterit, quòd dici ſolet ex pacto actionem non dari:tunc enim hoc iure vtimur,cùm pactum nudum eſt:alioquin, cùm pecunia datur, & aliquid de reddenda conuenit,vtilis eſt condictio. P P. &c. Hæc conſtitutio ſemel ſub titulo, de pactis conuentis, lib.v.Codicis referenda erat, vbi congruus ſitus.

CAP. LXVI.

THeodoſij & Valentiniani de nauibus loquētium, reſcriptum bis recitandum non erat,cùm vtriuſque eadem ſit mēs, effectus,verba, inſcriptio,

ptio, & ſubſcriptio. Recitatur enim cap. ij.[a] lib. xj. tit. iij. vbi congruus locus his verbis, Impp. Theod. & Valẽt. A A. Florentio P P. Iubemus nullam nauem vltra duorũ millium modiorum capacem ante fœlicem embolã, vel publicarum ſpecierum tranſuectionẽ, aut priuilegio dignitatis, aut religionis intuitu, aut prærogatiua perſonæ publicis vtilitatibus excuſari poſſe ſubtractã: nec ſi cœleſte contra proferatur oraculũ (ſiue adnotatio ſit, ſiue pragmatica ſanctio) prouidentiſſimæ legis regulas oppugnare debebit. Quod etiam in omnibus cauſis cupimus obſeruari, vt generaliter, ſi quid eiuſmodi contra ius, vel vtilitatem publicam in aliquo negotio proferatur, non valeat: quicquid enim in fraudem iſtius legis quolibet modo fuerit attentatum, id nauigij,

[a] l. iubemus. de nauib. non excuſ. C.

quod excuſatur, publicatione corrigimus. Hactenus illi. Cõſtitutionem hanc, quę de nauibus etiam reſcripto non excuſandis edifferit, quid opus fuit referre lib.j.tit.ij.cap.x.[b] idque in eadem verba? tam fuit hoc ſuperuacaneum, quàm quod maxime.

b l. iubemus. C. de ſacr. ſanct. eccleſ.

CAP. LXVII.

NEc diuerſam cauſam quis exiſtimet conſtit. xj.[a] lib.ij.titu.iij.& conſtit.j.[b] titu.xlvij.lib.iiij. Imp. Alexander Capitoni. Ex conuẽtione quidem, qua pactam nouercã tuam cum patre dicis, cùm fundum in dotẽ daret, vt creditoribus, quibus prædia fuęrant obligata, vſuras ſolueret: actio tibi aduerſus eam competere non poteſt: etſi pactum in ſtipulationem deductum probetur. Sed ſi fundus æſtimatus ita, vt pars inſtrumenti ſignificat,

a Lex con uẽtione. C. de pact.
b l.j.C. ſine cẽſu, vel reliq.

ficat, in dotem datus est, ex vendito actio, vt placitis stetur, competit P P. No. Decemb. ipso A. III. & Dionysio Coss. Nec mouet lectio negans in posterioribus verbis d.c.j. Falsa enim est, & vero aduersatur. Certissimi enim iuris est æstimatione veram fieri venditionem, ídq; Vlpianus[c] scribit: atque actionem ex vendito competere. Quid? quòd si lectioni neganti locus esset, sibi ex diametro reclamaret diuus princeps, cùm adiecerit, vt placitis stetur: quod & Prætor iubet apud Vlpianum[d]: cuius etiã rei nos commonuit M. Cicero. Nam, vt ait Diodorus[e], fides maximum vinculum societatis humanæ est. Eam autem iustitiæ sororem elegantissimi Poëtæ Horatij testimonio liquet,

Ergo Quintilium perpetuus sopor
Vrget? cui pudor, & iustitiæ soror

Incor

c l.plerunque. D. de iur.dot.

d l.iurisg. §. prætor. D.de pact.

e lib.ij.rer. antiqu. de legib. Aegypt.

Incorrupta fides, nudáque veritas,
Quando vllum inuenient parem?

At (vt ad inſtitutum noſtrum redeamus) ſemel recitanda erat illa non inelegans cõſtitutio, nempe ſub titulo, ſine cẽſu, vel reliquis &c. vbi propria ſedes. Non eo inficias, quin & pactorum tractatui conueniat, ſed alij titulo ſpecialiùs congruit.

CAP. LXVIII.

a l.j.C.de pact.
b l. cùm proponas. C.eod.

QVum conſtitutio j.[a] & xvj.[b] lib. ij. titu. iij. ſint eiuſdem effectus: vtrobique enim de fideicommiſſo pactione remiſſo tractatur. vna ex his ſufficiebat, & quod in vna amplius dictum erat, ſupplendum fuit. Nec ſubſiſtimus eo, quod in xvj. liberorũ conditio adiecta non fuit. Nam eam ſemper intelligi oportere Papinianus[c] reſpondit: cuius ſententiam Iuſtinia

c l.cùm auus. D. de condit. & demonſtr.

ſtinia

ſtiniani[d] reſcripto probatã ſcio. Præterea vtraque conſtitutio de filiis verba facit. Vtrobique etiam fideicõmiſſum pactione remiſſum conſtitutionum verbis declaratur. Nec ſubſiſtimus, quòd de conditionis incerto conſtitutio prima loquatur: nam in decima & ſexta, vt iam diximus, & intelligitur, & ineſt: incerta quoque dici poteſt. Incertum eſt enim, an liberi naſcerentur. Multa enim ſunt, quæ liberorum procreationi obſunt.

d *l.cùm acutiſſimi. C.de fideicommiſ.*

CAP. LXIX.

NEgari non poteſt quin conſtitu. vij.[a] lib.j.tit.ij.& conſtit.iiij.[b] lib. xj. tit.lxxiiij. ſint eædem eiſdẽ verbis, licet inuerſis, conſcriptę ab iiſdẽ principibus, eidem, & in eãdem rem. Abſit, inquiunt diui Principes, vt nos inſtructiones viæ publicæ, & pontium,

a *l.ad inſtructiones. C. de ſacr. ſan.eccleſ.*
b *l.iiij.de priuile. do. Aug.*

ſtratarúmque opera titulis maiorum principũ dedicata inter ſordida munera numeremus. Igitur ad inſtructiones, reparationésq; itinerum, pontiúmq; nullum genus hominum, nulliúsq; dignitatis, ac venerationis meritis ceſſare oportet. Domos etiam diuinas tam laudabili titulo libẽter adſcribimus, Quid profuit hæc eadem verba toties referre? Hanc autem geminationẽ præſenſiiiſſe viſus eſt A. Alciatus[c], qui illam ab hac, quam recitauimus, conſtitutione acceptam tradit.

c d. l. ad instructiones.

CAP. LXX.

INſcriptio, & ſubſcriptio, verba, résq; ipſa argumento ſunt conſtit. v.[a] lib. xj. titu. xl. & conſtit. xiij.[b] lib. j. tit. vij. ingeminari. Satis erat tit. xl. recitaſſe, vbi de lenonibus diſceptatur.

a l. fin. C. de ſpecta. & ſce.
b l. xiij. C. de epiſc. & cler.

Amit

Amittunt enim ius, quod in proſtitutas filias, ancillásve habent: proſcribendíque ſunt. Solon autem eos morti addicendos apud clariſſimũ Oratorem Aeſchinem iuſſit, προαγωγοὶ γραφέσθωσαν κἂν ἁλῶσι θανάτῳ ζημιούσθων. Hanc legem explicui lib. ij. veteris Iuriſprudentiæ ad Solonem. Optima autem ratione varias pœnas dare debent huiuſmodi belluæ teterrimæ: quam etenim quantumuis caſtam non violant? caſtitatem deuaſtant, corrumpunt: &, vt ait Ouidius,

Deuouet imperium tamen hæc lenonis auari.

CAP. LXXI.

MIrari ſatis nequeo,
Pocula letheos, vt ſic ducentia ſomnos,
Arente fauce traxerint.

Pandectarum architecti: cùm enim de liberis expositis constitutionem edidisset Iustinianus ad Demosthenem, eámq; sub congruo titulo collocasset, nempe sub titulo, de infantibus expositis, constit, iij.[a] lib. viij. tit. liij. cur repetierunt eandem lib. j. tit. j. constitu. xix?[b] Vtrobique etenim vetatur vindicari puer expositus. Verba constitutionis huc transcribere vanissimum censeo. Qui autem liberos exposuerũt, quoslibétve alios, eorum successione indignos esse, atque ideo ab eorum hæreditate submouendos ex Martiani[c] verbis, & sententiâ respondi anno virginei partus 1559. 4. Idus Ianuar. aduersus quendam causarum patronum. Ea tamen lis transactione finitá fuit.

a l. fin. C. de infant. expos.

b l. nemini. C. de epi. audien.

c l. iij. D. de ijs, quib. vt indig.

CAP.

CAP. LXXII.

QVid adiumenti adtulit repetitum illud θεμ. constit.xxiij.[a] lib. xj.tit.xlvij.& consti.j.θεμ.fi.tit.xxiiij.[b] lib. vij. cùm sint eiusdem Iustiniani, & idem verborum cõtextus,eadémque res? Vetatur vtrobique ádscriptitius mulierem liberam ducere. Satis fuit titulo,de agricolis,censitis,colonis,& adscriptitiis, hanc sanctionem interiecisse: vbi congruus situs. Sed vtrobique impunitum non vult Imperator conatum huiusmodi, & matrimonium dissolui.Conatum autem accipere debemus, qui ad effectum perductus sit, id quod subiecta vtrobique verba liquidò ostendunt. Sancimus,si quid tale ab adscriptitio fuerit perpetratum &c.

a l.fi.§.fi. de agri. & censit.C.
b l.vnica. de SC.Claudia.toll.

CAP. LXXIII.

TAnta est virorũ autoritas, vt mulieres eorum conditionẽ sequantur. Sed ea Valentin. & Valent. quæ in hanc rem extat constitutio, cur ingeminatur? Primùm recitatur in cap. ix.[a] lib.x.titu.xxxix.deinde, ídque superuacaneè repetitur consti.xiij.[b] tit. j.lib.xij. Sufficiebat vno loco illã constitutionem retulisse. Quod aiunt Imperatores, mulieres erigi honore maritorùm ad multa produci variis constitutionibus, responsísve constat. Patroni enim vxorem sine prætoris permissu vocari prohibet Alexãdri[c] constitutio. Nam cùm (vt ait Halycarnasseus) proditum sit, γυναῖκα γαμετὴν κατὰ τοὺς νόμους ἱεροὺς[d] συνελθοῦσαν, κοινωνὸν ἁπάντων εἶναι χρημάτων: quod diualis[e] constitutio probat: æquum fuit eas honore virorum erigi.

a l.fi.C.de incol.
b l.mulieres. C. de dignit.
c l.j.C.de in ius voc.
d Legem Romuli intelligit.
e l.iiij.C. de cri.expi.hæred.

CAP.

CAP. LXXIIII.

NE geminata videretur Impp. Theodoſij & Valentiniani ad Taurũ conſtitutio, quod vnius principium eſt, in alterius finẽ reiecerunt architecti. Satis igitur ſupérque fuit eam lib. x.[a] tit. xlviij. retuliſſe, vbi propria ſedes. Vaniſſimi itaq; operis fuit lib. j. titu.[b] v. inſeruiſſe. Sed nec geminaſſe ſatis eſſe putarunt: niſi & ter recitaſſent mutato autore: ne citò deprehenderetur vitium. Tertiò igitur retulerũt ſub lib. xij. tit. lj. conſti. xxj.[c] Neminem ab angariis, vel parangariis excuſari iubet conſtitutio. Eſt autem ἀγγαρεία (definitore Suida) δημοσία, καὶ ἀναγκαία δουλεία.

a l. ij. C. de quib. muner. lib. ic.

b l. neminem. C. de ſac. ſan. eccleſ.

c l. nullus. ij. C. de cur. public.

CAP. LXXV.

EXceptio non numeratæ pecuniæ in publicarum functionum ſe-

curitatibus, vt verbis architectorum vtar, obtrudi vetita argumēto est suffecisse Iustiniano id libr.iiij. titu.xxx. constit.xiiij.[a] decreuisse, non item repetere lib.x. tit.xxij. constit.iiij.[b] quo loco collocari nō potuisse res ipsa indicat. Securitatibus publicarum functionum (siue in solidum, siue pro parte solutæ esse conscribantur) illis etiam securitatibus, quæ post confectionem talium instrumentorum, de soluta dote ex parte, vel in solidum exponuntur, nullam exceptionē non numeratæ pecuniæ penitus opponi. Quid opus fuit hæc verba alibi repetere? Tu, lector, rem expendas, velim.

a l. in contractibus. §. sed quoniam. vers. securitatibus. C. de non nu. pec.
b l. fin. C. de apoch. public.

CAP. LXXVI.

Alexandri Seueri rescriptum ad Polydamam, semel recitatum oportuit lib.iiij.tit.xxxj.[a] Frustrà igitur

a l. neque. C. de compensa.

tur relatum videmus ſub lib. v.[b] titu. xxj. Audiamus Imperatorem, Neque ſcriptura, quâ cautũ eſt, accepta, quæ negas tradita obligare te cõtra fidem veritatis potuit, & compenſationis æquitatem iure poſtulas. Non enim priùs exolui, quod debere te conſtiterit, æquum eſt, quàm petitioni mutuæ reſpõſum fuerit, eò magis, quòd ea te perſequi dicis, quæ à muliere diuortij cauſâ, amota quereris. Cùm potiſſima cõtrouerſia eſſet, an compenſatio admittenda eſſet, ſatis fuit ſub titulo proprio, congruóque, de compenſationibus, id dixiſſe.

b l. vnica. C. rer. amo.

CAP. LXXVII.

NEmo ſani capitis negabit fruſtra repetitam Iuſtiniani conſtitutionem ſub lib. j. tit. vij. ca. xxj.[a] vbi ineptiſſimè collocatur, cùm ſatis ſu-

a l. tã de-mẽtis. C. de epiſc. aud.

perque fuit eam recitasse lib.v.tit.iiij. cap. xxv. [b] vtrobique enim permittitur liberis furiosi parẽtis nuptias contrahere tam dote, quàm donatione ante nuptias à curatore præstanda.

b l. si furiosi. C. de nupt.

CAP. LXXVIII.

ECquis diuersum sentiret de constit. viij. [a] lib. ij. tit. lj. & de constit. viij. [b] lib. vij. tit. xxxvj. cùm vtrobique eadem verba sint res eadem, autor idem? Sufficiebat restitutionibus in integrum inseruisse, vbi congruus situs. Ex illa verba quædam detraxerunt, vt titulo suo quælibet congrueret. Expeditionem autem, quæ à Græcis στρατεία dicitur, accipere debemus, quum milites exeũt ad bellum. Quo significatu vsi sunt Curtius, & C. Cæsar de bello gallico,

a l. fin. C. de restit. milit.
b l. fin. C. quib. non obijc. long. tẽp. præscr.

CAP.

CAP. LXXIX.

DVplicatur eadem conſtitutio in eadem verba concepta: recitatur enim primò ſub tit.v.lib.j.cap.v.[a] deinde pleniùs, vbi & ſedes propria, lib.x.tit.xv.conſtit.xj.[b] Verba cuique fient obuia: referre non placet.

a l.ſacroſancta. C. de ſac.ſan. eccleſ.
b l.fin. C. de anno.& tribut.

CAP. LXXX.

EAdem ratione adfirmo conſtitu: ix.[a] lib.j.tit.v.& cõſtit.j.[b] tit.xvij. lib.xj. geminatas: cùm vtrobique ad eundem in eandẽ reſcriptum ſit rem.

a l.qui ſub prætextu. C. de ſacr. ſan.eccl.
b l.vnica. C. de colle. & chartopra.

CAP. LXXXI.

SEntentiâ omnino ſimiles, verbíſque (paucis immutatis, vt titulis congruerent) conſtit.vij.[a] tit.vij.lib.j. & conſtit.xxix.[b] lib.vij.titu.lxij. Satis ſupérque fuit titulo, de appellationibus, vbi congruus ſitus, inſeruiſſe.

a l. addictos. C. de epiſc.aud.
b l. addictos. de appell.

CAP.

CAP. LXXXII.

SAtis supérque fuerat edixisse ante definitiuæ sententię tempus appellari non posse, ídque appellationum tractatibus interiicere. Cùm igitur in eam rem scripta fuisset constitu. vij.[a] lib. vij. titu. lxvj. quid opus fuit inseruisse lib. j.[b] tit. vij. constit. ij. nec mouet dubitationem pœna huic adiecta: erat enim subiicienda dictæ constitutioni vij.

a l. ante. C. quor. appell.
b l. ij. C. de epis. aud.

CAP. LXXXIII.

EAdem dicemus, etsi verba absimilia videantur, de constitutione Dioclet. & Maxim. Impp. in eandem rem ad eũdem scripta primùm sub titu. xvj.[a] lib. iiij. constit. vj. & de constit. vij.[b] lib. vij. titu. lxxij. vtrobique enim de actionum confusione disceptatur. Sufficiebat recitasse semel

a l. penul. C. de hære. actio.
b l. si vxor. C. de bo. autor. iud. poss.

mel ſub titulo, de hæreditariis actionibus: quo loco abſolutiùs extat.

CAP. LXXXIIII.

CVm tranſactiones ſuo titulo, ac tractatu explicandæ ſint, atque tranſactiones, nullo dato, retẽto, aut promiſſo irritę ſint: fruſtrà bis recitatur eorundem Imperatorum conſtitutio cap.iij.[a] lib.vj.titu.xxxj.loco ſatis incongruo, cùm de tranſactione potiſſimùm tractaretur, congruè ſub titulo, de tranſactionibus, lib.ij.[b] vbi regula iterum refertur, collocaretur. Species facti citato cap.iij. recitatur, & deciditur. Ea autem more cothurni vſus eſt Tribunianus.

[a] l. ſum hæres. C. de repu. hære.

[b] l. tranſactio. C. de tranſact.

CAP. LXXXV.

Δευτερογαμούντων pœnæ titulo, de ſecundis nuptiis, interiectę, alio

loco

loco repeti non debuerant: geminatæ igitur ſunt conſtit.j. lib.v. titu.[a] ix. & conſtit.iiij.[b] titu.lv.lib.vj. in eandem rem, & verbis iiſdem ſcriptæ. Nec niſi tædium adferre potuit repetitio illa. Nec nos mouet verborum immutatio: qua vſi ſunt compoſitores, vt quælibet titulo, cui inſerta eſt conſtitutio, congrueret.

a l. j. de ſec. nupt. C.
b l. ſi qua mulier. C. ad SC. Tertyl.

CAP. LXXXVI.

TAmetſi conſtit.j.lib.j.tit.xxij.[a] & conſtit.j.[b] tit.xiij. lib. vij. diuerſis verbis conceptæ ſint, eiuſdem tamen effectus vis, & ſenſus ſunt, atq; ab eiſdem principibus ad eundem ſcriptæ. Sufficiebat vno loco recitaſſe, nempe ſub titulo, quibus ex cauſis ſerui pro præmio libertatem accipiunt. Sed & hoc ſemel dictũ ſufficiebat lib. xxix. πανδέκτ. titu.v, cap.iij. θεμ. viij,[c] qui locus

a l. j. de preci. Imp. off. C.
b l. j. C. quibus ex cau. ſer. pro præmio.
c l. iij. §. ſed virum. D. ad SC. Syllan.

cus alterius Iuriſconſulti videtur explicatorius, qui illic deſideratur: ídq; eius verba liquidò oſtẽdunt: nec enim ſuperiori cohærẽt. Præmium autem, de quo ibi, Libertatem interpretatur Marcellus[d], quod nec ab Vlpiano omiſſum eo, quem ſuperiùs[e] citaui, loco, puto.

d. l.domino.D.eod.
e d.§.ſed vtrum.

CAP. LXXXVII.

GEminantur conſtitutio xxxvij.[a] lib.j.tit.vj.& conſtit.xxiij.[b] à medio ad finem lib.vj.tit.xxiij. ídque vaniſſimè, cùm ſufficiebat titulo, de teſtamentis, inſeruiſſe, vbi propria ſedes, vt quæ de teſtamentis aperiendis verba faciat. Vtrobique enim proditum ſcio opprobrium eſſe clericis, ſi peritos ſe velint diſceptationum forenſium. At hodie iudicũ conniuentiâ pleroſque eius generis videas, qui

a l.repetita.C.de epſco. & cler.
b l.conſulta.C.de teſta.

nego

negotiis forensibus inuigilant, sed & vafritias excogitant.

CAP. LXXXVIII.

a l.penul. C.de pact.
b l.si quis. C.de episco. & cler.

EAdem dici posse addubitet nemo de constit.xxix.[a] lib.ij. tit.iij. & constit. xxxix.[b] lib.j. tit.iij. cùm in eandem sentētiam à Iustiniano Imp. Ioanni scripta sit vtraque. Satis igitur supérq; fuit pactorū tractatui intexuisse, vbi proprius locus. Pactus enim illic quis fuit, se fori præscriptione non vsurum. Regulâ autem iuris antiqui proditum ait idem princeps omnibus ius esse, iis, quæ pro se introducta sunt, renuntiandi.

CAP. LXXXIX.

a l.penul. C.loca.
b l.non ab re. C.si per vim, vel.

DIuersum adfirmare nō ausim de constit.xxxiij.[a] lib.iiij.tit.lxv. & constit.x.[b] lib.viij. titu.iiij. cùm vtrobique

bique eadem ferè verba ſint Zenonis ad Sebaſtianum, de iis, qui cõductas res reſtituere nolunt, plectendis.

CAP. XC.

GEminationis vitium non effugit bis recitata eadem in idem diuorum Valeriani & Gallieni conſtitutio: cùm ſemel tranſcribenda eſſet, ſub lib. ix. titu. ix. cap. xviij.[a] vbi propria, congruáq; ſedes: non autem ἀλλότριον recitanda lib. v. tit. iij. conſtit. v.[b] Vtrobique enim verba eadẽ ſiunt. Memoriam non iuuat illa repetitio, ſed ingenia potiùs tædio adficit, ac enecat. Eandem conſtitutionem ad varia diſtrahere vitio potius, quàm laudi verti debuit. Adulterij rectè inſimulari poterit, qui primò vnam, deinde aliam, viua priore, duxit vxorẽ. Conſtante enim priore matrimonio,

a l. eum, qui. C. de adult.

b l. eum, qui. C. de donat. ante nupt.

ſecundum viribus non ſubſiſtere rectè exiſtimauit Accurſius[c], cuius ſententia imperatoria conſtitutione iuuatur.

c l. eum, qui. de adulter.

CAP. XCI.

SCribit Iuſtinianus prudentum reſponſis, ex quibus Digeſtorũ ſuorum libros collegit tantùm autoritatis tribuiſſe, vt ex eis ius dici poſſit. Quum igitur multos iuris articulos iis interiecit, cur λεύτερον repetiit in ſui nominis Codice, vt diligentiſſime perſpicienti φανερόν ἐστι? huius rei argumento erit cap. lxv.[a] lib. xxiij. tit. ij. cuius verba in reſcripto ſuo recitat Gordianus conſtit. vj,[b] tit. iiij. lib. v. in hæc verba, Etſi contra mandata principum[c] cõtractum ſit matrimonium in prouincia, tamen poſt depoſitum officium, ſi in eadem voluntate perſeu e

a l. eos, qui. D. de ritu nup.

b l. etſi contra. C. de nupt.

c Deeſt Flor,

ſeuerat iuſtas nuptias effici: & ideo poſtea liberos natos ex iuſto matrimonio, legitimos eſſe reſponſum viri prudentiſſimi Pauli declarat. Multa quoque ἐν νεαραῖς duplicauit Iuſtinianus, vt poſt Alciatum plerique ſuis locis detexerunt. Iuſtinianum enim plurimis periſſologiis, hoc eſt, ſuperflua verborũ adiectione vſum fuiſſe obſeruauit A. Alciatus[d]. Permulta quoque θεμ. νεαρῶν repetuntur, quale in conſtit. xviij. & lxxxix. obſeruauit H. Agylæus, in eo, quem, Supplemẽtum inſcripſit libro. Quæ illic ſuperuacaneè adiecta ſunt, longum nimis eſſet huc tranſcribere: ea, cùm per otium licuerit, oſtendemus, duce Deo. Id autem titulorum, & inſcriptionum collatione deprehendes. Ad reliqua pergamus.

d. lib. 4. de verb. ſigni. nu. 15.

CAP. XCII.

ALiquot ex iuriſprudentum reſponſis geminatis, quę nondum animaduerteram, prætermiſi; atque ideo huc detegere placuit. Ingeminatur idem C. Scæuolæ reſponſum. Primò quidem recitatur ca. xxxviij.[a] & cap. xciij.[b] lib. xxxix. πανδεκτ. vtrobique enim eadem verba ſunt. Sed in hac culpam, antiquum librarium transferunt, qui eum locum aſteriſcis incluſerunt * *. Verba Scæuolæ huc trãſcribere nolui ſtudioſis obuia plus ſatis.

a l. pater. §. Iulius. D. de lega. iij.
b l. Lucius. in princip. D. eod.

CAP. XCIII.

CAp. xxiiij.[a] lib. xxxiiij. titu. iiij. & cap. xcv.[b] lib. xxxv. geminantur, etſi diuerſorum ſint iuris autorũ: hoc ſiquidem Hermogeniani lib. iiij. iuris Epitomarum, illud Papiniani lib. viij.

a l. legatum. D. de adim. leg.
b l. legatum. D. de condit. & demonſtr.

viij. Reſponſorum eſt. Sed cùm de transferendo legato vtrobique agatur; congruè magis collocatum fuit ſub titulo, de adimendis, vel transferendis legatis. Itaque repeti non debuit ſub titulo, de condit. & demonſtrationibus. Audiamus Papinianũ. Legatum ſub cõditione datum, cùm transfertur, ſub eadem conditione transfertur, ſi non cõditio priori perſonæ cohæreat. Papiniani ſententiæ adiecisse ſat fuerat hæc verba; Papiniani ſententiam probat Hermogenianus, idque veterum more.

CAP. XCIIII.

QVum Pedius lib. iiij. πανδεκτ. tit. ij. cap. xiiij. §. v. [a] ſatis ſupérque diſceptaſſet de reſtituendę rei modo, quando vno metum inferente, ad alium peruenit, ſuperuacaneè adiectũ

[a] L. itẽ ſi. §. Pedius. D. quod met. cauſ.

fuit ab architectis principium c. xvj. eiusd. lib. & tit. cùm eadem res sit, eadem causa. Satius fuisset subiunxisse θεμ. v. Pedij sententiam probat Vlpianus. Sed illud θεμ. v. mutilum ostendemus inferiùs lib. iij. cap. xviij.

CAP. XCV.

Ταυτολογικῶς repetitum est hoc fragmentum in fi. θεμ j.[a] cap. xxxiij. lib. iiij. tit. iij. *De suo statu litigat.* cùm in initio recitatum fuisset. Sic igitur illud θεμ. legendum censeo: Eum, qui de suo statu litigat procuratorem habere posse non dubitamus: nō solùm in administratione rerum, sed etiam in actionibus, quæ ei, vel aduersus eū competunt ex possessione seruitutis, siue libertatis. Quid opus fuit, quæ principiò dicta erant, hîc repetere?

[a] *l. seruū. §. eū, qui. D. de procurat.*

CAP.

CAP. XCVI.

QVæ ſuperius diximus cap. xliij. eadem dicenda cenſeo de cap. xxv.[a] lib. j. tit. v. & cap. ccvij.[b] libr. 50. tit. xvij. vtrunque ex Vlpiani libr. eodem decerptū eſt. Ait Vlpianus, Ingenuum etiā accipere debemus, etiam eum, de quo ſententia lata eſt, quamuis fuerit libertinus: quia res iudicata pro veritate accipitur. Hoc tamen temperandum eſt, ne reclamet caput lx.[c] lib. xij. tit. vj.

a l. ingenuū. de ſtatu hom. D.
b l. res iudicata. D. de reg. iur.
c l. Iulianus. de cond. indeb.

CAP. XCVII.

IVris ciuilis ſtudioſorum neminem latere puto permulta, & Iuriſcoss. reſponſa, & Imperatorum reſcripta Iuſtinianeis Inſtitutionibus intereſcta, idque κατὰ λέξιν: ſed hoc ferri poſſe non addubitem. Principiò verò iuſtitiæ definitio ab Vlpiano tradita

cap. x. lib. j. titu. j.[a] repetitur in initio lib. j. titu. j. ad verbum. A. autem Gellius lib. vj. cap. j. ex Chrisippo videtur definire iustitiam, vt sit iniustitię priuatio. Plato in dialogo de Philosophia, dicit eam sciētiam esse, quæ intemperantes & legum transgressores punit: quâ bonos & malos discernimus. Hanc eandem regum virtutem appellat Xenophon libro iiij. ἀπομνημ. Aiunt Vlpianus, & Iustinianus, *Ius suum cuique tribuendi.* Hoc quid æquius? ecquid hægiographis consentaneum magis? Hac enim via ciuilis, societas & retinetur, & conseruatur. Illuc pertinet, quod in hymnis cecinit Orpheus,

Ὦ θνητοῖσι δικαιοτάτη πολύολβε ποθεινὴ
ἐξισότητος ἀεὶ θνητοῖς χαίρουσα δικαίοις
πάντιμε ὀλβιόμοιρε δικαιοσύνη μεγαλαυχὴς
ἣ καθαραῖς γνώμαις ἀεὶ τὰ δέοντα βραβεύεις.

[a] l. iustitia. de iusti. & iur.

Sed

Sed ad institutum reuolemus. Hęc geminatio recipi potest, vt aliæ permultæ in Institutionibus, vtpote, quæ totius iuris ciuilis sint epitomę, & quas, velut enchiridion, circunferre debes, vt iura faciliùs memoriæ consecres. Iuris præcepta recensuit idem Vlpianus in eo, quem superiùs citauimus, loco[b]: eadem iisdem verbis repetit Iustinianus citato tit. j.[c] Iuris præcepta, inquiunt, sunt hæc, honestè viuere, alterum non lædere, ius suum cuique tribuere. Porrò alterum non lædere, iustitiæ signum esse Xenophon scribit lib. iiij. ἀπομνημ. Θεματία j.[d] ij. & iij. cap. j. tit. j. lib. j. (quibus ius in duas theses deducitur, & earum singulę in sua genera definita partiuntur) referuntur in eadem verba à Iustiniano lib. j. tit. j. θεμ. posteriore[e], & titu. ij.[f] in ipso statim initio cap. v.[g] tit. j. lib. j. πανδέκτ.

[b] d. l. institia.

[c] §. iuris præcepta.

[d] l. j. §. huius. de inst. & iur.

[e] §. fin. de inst. & iur.

[f] de iure nat.

[g] l. ex hoc iure. D. de inst. & iur.

transſcriptum ex libr. j. Epitomarum iuris Hermogeniani connumerãtis, quæ iuris gentium eſſent, repetitur à Iuſtiniano, tit. ij.[h] lib. j. §. iij. adiiciente ſocietatem depoſitum mutuum &c. Cap. ix. eiuſdem lib. & tit.[i] tranſcripſit Iuſtinianus li. j. tit. ij. θεμ. j. Omnes populi, inquit Caius lib. j. Inſtitutionum, qui legibus & moribus reguntur, partim ſuo proprio, partim communi omnium hominum iure vtuntur. Nam quod quiſque populus ſibi ipſe ius conſtituit, id ipſius proprium ipſius ciuitatis eſt: vocatúrque ius ciuile, quaſi ius proprium ipſius ciuitatis. Quod verò naturaliter ratio inter homines cõſtituit, id apud omnes gentes peræquè cuſtoditur: vocatúrque ius gentiũ, quaſi quo iure omnes gentes vtuntur. Caput[k] j. lib. j. tit. iiij. quod eſt Vlpiani de tranſlatione imperij,

h §. ius autem. verſic. ex hoc. de iur. nat.

i l. omnes. D. de iuſt. & iur.

k l. j. de conſti. pecu.

perij,& constitutiones distribuentis, transfertur à Iustiniano libr. j. titu. ij. θεμ ix.[l] Ait Vlpianus. Quod principi placuit, legis habet vigorem: vtpote, cùm lege Regia[m], quæ de imperio eius lata est, populus ei, & in eũ omne suum imperium, & potestatem conferat. Nam (vt ait Tacitus lib. j.) non aliud est patriæ discordantis remedium, quàm vt ab vno regatur, non regno, non dictatura, sed principis nomine constitutam rempub. &c. Subiicit Vlpianus, Quodcunque igitur Imperator per epistolam, & subscriptionem statuit, vel cognoscens decreuit, vel de plano interlocutus est, vel edicto præcepit, legem esse constat. Hæc sunt, quas vulgò constitutiones appellamus. Planè ex his quædam sunt personales, nec ad exẽplum trahuntur. Nam quæ princeps alicui

l §. sed &. de iur. nat.

m Alcia. l. xv. de verbor. sign. legit Rhemuiam.

ob

ob merita indulsit, vel si quam pœnã irrogauit, vel si cui sine exẽplo subue nit, personam non egreditur. Caput j.[n] & ij. lib. j. tit. v. omne ius distribuẽs repetitur à Iustiniano lib.[o] j. tit. ij. θεμ. postremo. Ait Caius. Omne ius, quo vtimur, vel ad personas pertinet, vel ad res, vel ad actiones. Ex his tribus conflatæ fuerunt institutiones, idque eodem ordine. Subiicit Hermogenia nus. Cùm igitur hominũ causa omne ius cõstitutum sit primò de persona-rum statu [ac post de cęteris ordinem edicti perpetui sequuti, & his proxi-mos atque coniunctos applicantes ti tulos, vt res patietur, dicemus.] His notulis inclusa [] prætermisit Iu-stinianus. Caput iij. lib. j. tit. v.[p] rela-tum scio à Iustiniano[q] τῇ λέξει. Ait Caius. Summa itaque de iure perso-narum diuisio hæc est, quòd omnes homi

n l. j. & ij. de statu hom.

o §. fin. de iur. nat.

p l. iij. D. de stat. ho.

q de iur. person. in princip.

homines aut liberi sunt, aut serui. Caput iiij. lib. j. tit. v. [r] iisdem verbis repetit Imperator lib. j. tit. iij. θεμ. j. [s] Libertas, inquit Florentinus, est naturalis facultas ejus, quod cuique facere libet: nisi si quid vi, aut iure prohibetur. His interiecit Iustinianus. Ex qua etiam liberi vocātur. Versum j. [t] cap. iiij. libr. j. titu. v. recitat Imperator in θεμ. ij. lib. j. tit. iij. [v] Seruitus est constitutio iuris gentium, qua quis dominio alieno cōtra naturam subiicitur. Versus ij. [x] cap. iiij. & cap. v. principium, & θεμ. j. eiusdem lib. & tit. recitantur à Iustiniano paucis immutatis θεμ. iij. iiij. & v. tit. iij. lib. j. θεμ iij. cap. v. lib. j. tit. v. reperitur lib. j. tit. iiij. θεμ. j. versic. ij. Instit. Cap. vj. eiusdem lib. & tit. relatum est Instit. lib. j. tit. v. in princip. Libertini sunt, qui ex iusta seruitute manumissi sunt. Cap. iiij. [y] initio dé-

r l. libertas. D. de sta. homi.

s §. & libertas. de iur. person.

t l. iiij. de sta. homi.

v §. seruitus. de iur. person.

x l. iiij. §. serui. & l. & seruorum. D. de sta. ho.

y l. manumißiones. D. de iusti. & iur.

pto lib.j.tit.j.πανδέκτῶν recitatur, θεμ. j. titu.v.lib.j.Institutionum. Vniuersus quoque titulus viij.lib.j.Instit.τῶ ferè λέξιν ex tit.vj.lib.j.cap.j.& ij. πανδέκτῶν trāscriptus est paucis mutatis, interiectísve. Cap.iij.[z] lib.j.tit.vj.recitatur ab Imperatore lib. j. titu.ix. in initio. Item in potestate sunt liberi nostri, quos ex iustis nuptiis procreauimus, quod ius proprium ciuium Romanorum est. Cap.ij.[a] lib.j.tit.vij.πανδέκτ. recitatur ab Imp.in θεμ.ij. lib.j. Instit. tit.xj. Vtrobique enim diducitur adoptio. Admonet autē Tacitus lib. xij. arrogatum in familiam, noménque adoptantis transire. Ait Caius adoptionem generalem aut principis autoritate, aut magistratus imperio fieri. His ex Vlpiani Epitome[b] adiicias, & per populum fieri posse. Per populum, inquit, qui sui iuris sunt, arrogan

[z] l. iij. de his, qui sunt sui.

[a] l. ij. de adop. D.

[b] tit. viij.

gantur. Tutelæ definitio à Paulo ex Seruio tradita lib.xxvj.tit.j.cap.j.[c] repetitur ab Imperatore lib.j. titu. xiij. Institut. θεμ. j. Tutela est ius (sic enim vtrobiq; legendum censeo ex Theophilo) & potestas in capite libero ad tuendum eum, qui propter ætatem suam sponte se defendere nequit, iure ciuili data, ac permissa. Caput j.lib. xxvj. titul. ii. παντ.[d] recitatur paucis immutatis θεμ.iii.lib.i. tit.xiii.Institu. vtrobique explicatur cap. ex xii. Tabulis, vbi ita scriptum erat, *Parentibus tutorum, liberis in potestate dandorum, testamento ius esto.* Tutorum dandorum causas recenset Vlpianus in Epitome titu.xi. ætatis & sexus infirmitatem, & rerum forensium ignorantiam. θεμ.i.[e] cap.i. lib.i. tit.viii. de rebus corporalibus, & incorporalibus loquēs, iisdem verbis repetitur in

c l. j. de tutel. D.

d l. j. de testa. tutel.

e l. j. §. quadā. de rer. diuis. D.

vni

vniuerſo tit.ii.lib.ii.Inſtit, vtrobique eadem verba recitantur,Illuc videtur pertinere, quod ait Plato in Phædone.Cap.v.[f] lib.i.titu. viii. πανδέκτων de riparum vſu repetitur lib.ii.[g] Inſtitu. tit.i.θεμ.iii.vtriuſq; eadem verba ſunt. Θεμ.iii.[h] cap.vi.lib.i. tit,viii. & θεμ. viii. tit.i.lib.ii.Inſtit.in eadem cauſa ſunt: vt quæ religioſum locum fieri diſceptent mortui illatione. Religioſum definit Maſſurius Sabinus apud A. Gellium lib.iiii.cap.ix.in hæc verba, Religioſum eſt, quod propter ſanctitatem aliquam remotum, ac ſepoſitum à nobis eſt. Cap.iii.lib.i. tit.viii.[i] paucis immutatis refertur lib.ii. titu. Inſtitutionum.[k] Et ἀπαξαπλῶς cap. v. vii.viii.ix. lib.xli. tit.i.[l] in variis θεμα-τίοις, lib.ii.tit.i.iiſdem verbis reperies, quæ huc tranſcribere vaniſſimi eſſet operis: rem ſatis perſpicies collatis omni

f l. riparum. D. eo.
g §. riparum. Inſti. eod.
h l. in tantum. §. religioſum. de rer. diuiſ.
i l. item lapilli. D. de rer. diuiſ.
k §. item lapilli. Inſt. eod.
l de acqu. rer. do. D.

omnibus: id quod negotio vel facillimo fiet. Cap.j.titu.iij.lib.viij.[m] recitatur iiſdem verbis lib.ij.Inſtit. tit.iij. in ipſo ſtatim initio. Reliquos Inſtitutionũ tractatus partim ex Caij inſtitutionibus, partim ex mediis πανδεκτῶν viſceribus tranſcriptos τῷ ferè λέξιν, nemo ſanæ mentis ibit inficias. m l.j. D. ruſt.præd.

CAP. XCVIII.

CVm Pandectarum, ceu Digeſtorum libris, atque ideo Iuriſcoss. reſponſis legum autoritatem conceſſerit Iuſtinianus, mirari ſatis nequeo, cur caput xvij.[a] tit.j.libr.xx. πανδεκτῶν repetatur in conſtit. xviij.[b] titu. xiiij. lib.viij. ídque iiſdem verbis, ſed conciſiùs pauló. Ait Vlpianus, Pignoris perſecutio in rem parit actionem creditori. Hæc verba reiteranda non erant: ſatis verò ſupérq; fuit hæc verba a l.pignoris. D. de pigno. b l.pignoris.C.eod.

ſubiicere Vlpiani reſponſo. Quæ ſententia principũ reſcripto probata eſt.

CAP. XCIX.

SI quis conſti.viij.[a] tit.xiiij.lib.viij & conſtit.j.[b] tit.xxvij. lib.viij.contulerit, duplari non ibit inficias: cuius rei argumento erũt inſcriptiones, ſubſcriptionésque eędem, eadem res, eadem ferè verba. Quod vt adſtruá, ſubnecto Gordiani Imp. vtrobique reſcribentis verba. Pignus[c] intercidit, ſi nouatione facta in alium ius obligationis tranſtuliſti, nec vt ea res pignoris teneretur, tibi cautum eſt. Quòd ſi pactum inter te, cúmque, qui poſteà dominus fundi conſtitutus nouam obligationẽ nouam ſuſceperat, interceſſit, vt idem fundus tibi pignoris nomine teneretur: quamuis perſonali actione expertus feceris cõdem

a l. quãuis.ij. C.de pign.
b l.vnica. C.etiam ob chirog.pec.
c d.l.vnic.

demnationem, pignoris tamen habes persecutioné. Alibi[d] ita scriptum est. Quamuis personali actione expertus aduersus reum [vel fideiussores eius, seu mandatores] condemnationem feceris, pignoris tamen adhuc habes persecutionem. His notis [ ] inclusa à compositoribus eò adiecta putem, vt esset differétia aliqua: cùm tamen res, vísque eadem sit: si quis propiùs perspexerit.

d d.l.quæuis.

CAP. Ç.

CEnotaphium religiosum non esse semel dixisse, satis supérq; fuit cap.vj.[a] titu.vij.lib.xj. vbi propria sedes, congruúsque locus: non igitur recitandum hoc cap.vij.lib.j.tit.viij.[b] quo loco reiicitur Martiani contrà existimantis sententia.

a l. vel quod. in fi. D. de relig. & sump.
b l. sed diui. D. de rer. diuis.

CAP. CI.

a l. quis sit. de adil. edic.

b l. qui ea. D. de furt.

CAp. xvij.[a] lib. xxj. tit. j. & c.[b] lxvj. tit. ij. lib. xlvij. paucis immutatis, bis recitantur: titulo de furtis, congruere vtrunque magis est, cùm de furto disceptetur. Qui ea mente, inquit[c] Vlpianus, alienum quid contrectauit, vt lucrifaceret, tametsi, mutato consilio, id domino posteà reddidit: fur est: nemo enim tali peccato pœnitentia sua nocẽs esse desiit. Huc pertinet, quod ait Plato in Phæd. Pœnam non vitari furtiua discessione: in huius sententiam pedibus ait Macrobius lib. j. Som. Scip. c. xv. Porrò apud Vlpianum[d] ait Cælius, qui ea mente discedat, ne ad dominũ redeat, tametsi mutato consilio ad eum reuertatur: nemo enim tali peccato pœnitentia sua nocens esse desinit. Vides vtrobiq; Vlpianũ eadem de re, nempe de

c d. l. qui ea.

d d. l. quis sit.

pe de furto edisserentem iisdem verbis. Nam fugitiuum, sui furtum facere rescriptum[e] est.

e l.j. C. de ser. fugit.

CAP. CII.

ANtonius Augustinus lib.j. Emē. cap.vij. autumat ca.[a] xxxiij.lib. ij.tit.xiiij.& ca.[b] x.lib.xxiij.tit.iiij.duplari,cùm vtriusque eadē verba sint. Equidem verius puto diuersa esse:diuersas enim continent species:in illo auus dotē promiserat:in hoc susceperat pro nepote: nec mouet pactionū similitudo:sunt etiam diuersorum Iuriscoss.vt inscriptiones docent. Idem censeo de cap. xxxij.[c] lib.vij. titu.j.& cap.[d] ix.lib.viij.titu.ij.quæ ille geminari putauit. Nam ca.xxxij. Pauli est Marcellum explicantis. Non dubito tamen Marcelli de vsufructu loquentis sententiam duplari.

a l. auus. D. de pact.
b l. auus. de pac. do.
c l. si quis vnus. D. de vsufr.
d l. Gallus. al. binas. D. de seruit. vrb. præd.

CAP. CIII.

a l. conditio. de verb. oblig. D.
b l. cùm ad præsens. de reb. cred.

CAp. c.[a] lib. xlv. tit. j. & ca. xxxvij.[b] lib. xij. titu. j. effectu similia sunt: etsi illud hoc plenius sit: sintq; diuersorũ Iuriscoss. Ait Modestinus. Conditio in præteritum non tantùm ad præsens tẽpus relata, statim aut perimit obligationem, aut omnino non differt. Sufficiebat semel congruo, & inuẽtu facili loco rem hanc tractasse.

CAP. CIIII.

a l. quoniam. C. de testa.
b l. in legatis. C. de legat.

INscriptionis, subscriptionísque similitudo, eadem causa & discepta tio non absimilis eò me adegêre, vt credam cap. xx.[a] lib. vj. titu. xxiij. & cap.[b] xx. tit. xxxvij. eiusdem lib. conduplicata. Cùm autem ob inanẽ verborum obseruationem noluerit Imp. Constantinus tabulas irritas effici, & vniuersaliter tractauerit de omnibus,

bus, quæ teſtamentis inſeruntur, ſatis fuiſſet produxiſſe, quæ de inſtitutione dicta erãt, ad legata & fideicommiſſa, & eidem conſtitutioni interieciſſe: non autem ex vna duas (vt ſæpe faciunt ex profeſſo architecti) conficere: alioquin & ſub titulo, de fideicommiſſis eadem repetenda erat.

CAP. CV.

FIdeicommiſſum à tutore, vt à pupillo relinqui, & ab illo peti poſſe reſcripſerant Impp. ídque loco congruo, nempe lib. vj.[a] titu. xlij. de fideicommiſſis. non debuit igitur alibi[b] iterum recitari in loco minimè cõgruo. Nec mouet, quòd inficiantem tutorem adigendum decretum ſit illic: atque ideo conuenit titulo, de iureiurando. Nam eadem dici poſſent de omnibus articulis, caſibúſve, qui iu-

a l. etiam. C. de fideicommiſ.
b l. cùm etiam. C. de reb. cred.

reiurando expediuntur, eóque referendi essent. Quacunque enim actione quis conueniatur, si iurauerit, iusiurandum & ei prodesse, & à Prætore
c l.iij.§.ij.D.de iureiur.
tuendum Vlpianus[c] scribit. Iusiurandum in frondosissima iuris Ciuilis arbore ramulatim disuolitare animaduerti iuuenis, cùm apud Pithones iuri operam darem.

CAP. CVI.

a l.j.de fideicom.lib.
b l.ij.C.de testa.ma.

Constitutionem j.[a] lib.vij.tit.iiij. & constitu.ij.[b] tit.ij.eiusdem lib. effectu persimiles esse ambigit nemo: satis igitur supérque fuit semel recitasse, cùm eorundem sint Impp. scilicet, diuorũ Seueri, & Antonini. Nec subsisto, quòd vna ex testamento relictam libertatem, altera fideicommissam sit compræhensum: id enim ab architectis ita scriptum est, vt

quæ

quælibet titulo congrueret.

CAP. CVII.

QVod de reſcriptorum capitibus integris fecerũt compoſitores, idem de θεμ. & verſibus effeciſſe argumento ſunt, duo in eandem rem ab ipſo Iuſtiniano ſcripti. Primo interiectus fuit conſtit. xxj.[a] lib. vj. tit. xxiij. δεύτερον recitatur in tit. xxxvj.[b] lib. iij. conſtit. xxvj. paucis immutatis: verſus illius hæc verba ſunt. Si verò in huiuſmodi voluntate liberis alia ſit perſona extranea miſta, certum eſt eam voluntatem, quantum ad illam duntaxat permiſtam perſonam, pro nullo haberi, ſed liberis accreſcere. Non tamen inficias eo, quin vtrique caſui congruat: vtrobique tamen eadem verba ſunt.

a l. hac cõſultiſ. §. ex imperfecto. verſi. ſi verò. de teſta. C.
b l. fi. §. ſi verò. C. famil. erciſ.

CAP. CVIII.

a l.ij.& l. fine. C. de adult.

NOn ambigitur constitutionem ij.[a] & finem xvij. libr.ix. titu.ix. eiusdem esse vis. Semel igitur potissimum in eodem titulo dictum oportuit eos lenones esse, qui vxores in adulterio depræhensas retinent in matrimonio. Nec mouent diuersę inscriptiones, cùm sit vtriusq; constitutionis eadem ratio & vis. Quæ autem in adulterio deprænduntur, diuertendi ab ea ius esse voluit Iesus Christus opt. max. Sic enim ait apud Euangeliographum Matthæum[b], ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν ὅτι ὃς ἂν ἀπολύσῃ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ παρεκτὸς λόγου πορνείας, ποιεῖ αὐτὴν μοιχᾶσθαι.

b cap.5.

CAP. CIX.

a l.j.C.ad leg. Iul. de vi.
b l.ij.C.ne vxor pro marit.

NEmini dubium est, quin constit. j.[a] tit.xij.lib.ix.& constit.ij.[b] lib. iiij.tit.xij. similes sint: nisi quod in illa de

de viri culpa, in hac de debito eiuſdem agitur. Nec poteſt hæc ad titulum de vi publica, vel priuata pertinere:imò verò congruentiùs ad titulum, ne vxor pro marito, vbi propriâ ſedes.Illius hæc verba ſunt:Ob maritorum culpam vxores inquietari leges vetant.Proinde rationalis noſter, ſi res, quæ à fiſco occupatæ ſunt, dominij tui eſſe probaueris,ius publicũ ſequetur. Altera ſic habet, Ob debitum viri,vel ciuile munus, res vxoris, qui pignori capiunt, vim contrahere videtur.Nec dubitationẽ mouet verbum,vim:potiſſima enim ſpeciei huius quæſtio erat de non capiẽdis vxoris bonis ob viri debitum.

CAP. CX.

DIſſimiles non ſunt conſtit. ij.[a] tit.xix.lib.xij.& conſtit.iij.[b]lib.j. tit·

a l. ij. C. de prox.ſa. ſcri.
q l.ſciant. C. de offic. diuerſ.iud.

. tit.xlix.in eandem rem ſiquidem ſcriptæ ſunt:ſunt & ſimiles inſcriptiones & ſubſcriptiones.Scio vtrunque principiis diſſidere: ſed id à compoſitoribus eò factum exiſtimo, vt vtraque ſuo,ſub quo collocata eſt, titulo conueniret.

CAP. CXI.

a l.j. C.de agentib. in reb.
b l. ij. de offic. mag. offic.C.

Conſtitutio j.[a] lib. xij. titu.xx. & conſti.ij.[b] lib.j.tit.xxxiiij.etſi verbis abſimiles ſint, vi tamen, réq; ipſa pares videntur:vtrobique enim de ordine militiæ non præuertendo verba fiunt. Quòd ſi in aliquo diſſidere viderentur, coniungenda erant: cùm vtraque de agentibus in rebus loquatur.Sed aliquando latiùs aperiemus.

CAP. CXII.

a l. ij. C. de fund. & ſalt. rei tam.

Re ipſa, verbis, effectúque omnino ſimiles ſunt, conſtitu.ij.[a]. lib. xj.tit.

xj.tit.lxvj. & conſtit.iij.[b] titu.xxxviij. lib. vij. Semel igitur recitanda erat, ídque ſub titulo, ne rei dominicæ, vel templorum, vbi (vt puto) ſitus congruus, Quid repetiiſſe profuit?

b l.ſi qua. C. ne rei do. vel tēp.

Occidit miſeros crãbe repetita magiſtros.

Ingeminatę illius conſtitutionis verba huc tranſcripſiſſem: ſi illa cuiuis obuia non eſſent.

CAP. CXIII.

NOn ſolùm capita, & θεματα duplicantur, bíſque, térque, quatérque, ſed & fragmenta: quale viſitur ſub tractatu vi bonorum, Codice: quo loco ſingulis ferè conſtitutionibus repetitur hæc formula, *Intra annum in quadruplũ, poſt annum in ſimplum.* cùm dixiſſe ſemel, ſatis ſupérq; fuiſſet in conſtitutione ij. ex qua in aliis ſuppleri potuiſſet. Id enim actio-

ni vi

ni vi bonorum raptorum à prætore proditæ, ineſt: ſic enim edixit Prætor apud Vlpianum [a], *Cuius dolo malo in turba damnum, quid factum eſſe dicetur, in eum in anno, quo primùm ea de re experiũdi poteſtas fuerit in duplum: poſt annum, in ſimplum iudicium dabo.* Semel dictum oportuit, quanti condemnatio facienda eſſet. Quur toties formula illa iterata fuit in eodem po tiſſimùm tractatu? memoriámne iuuat illa ταυτολογία? minimè omnium: tametſi quidam contrà ſenſerint.

a *l. iiij. D. vi bo. rapt.*

CAP. CXIIII.

NOn diſſimilis cauſa eſt c. [a] cviij. lib. xlv. tit. j. & ca. xvij. [b] eiuſdem lib. & tit. Re enim ipſa eadẽ eſſe non addubitem, eundémq; ſcopum: tametſi diuerſorum ſint Iuriſcoss. Vlpianus, Stipulatio, inquit, non valet in rei

a *l. à Titio. §. fi. D. de ver. obl.*
b *l. ſtipulatio. D. eod.*

rei promittendi arbitriũ collata conditione. Nulla, Iauolenus ait, promiſſio poteſt conſiſtere, quæ ex voluntate promittentis ſtatum capit. Alterutri capiti ſubiici debuit ex Pomponio[c] cap.viij. lib.xliiij. tit. poſteriore. Pro non dicto enim eſt, quod dare, niſi velis, cogi non poſſis. Sed & initium huius cap. effectu perſimilis eſt cap. xvij. ſuperiùs recitato. Sic enim ait illic Pomponius, Sub hac conditione, ſi volam, nulla fit obligatio.

c l.ſub hac. de oblig. & act.

CAP. CXV.

CAput cxvj.[a] lib.xlv.tit.j. πανδ. & cap.xxj.[b] lib.xlvj.tit.iij.ſi diligenter cõferas, duplari inficias non ibis: in eandẽ enim rem ſcripta ſunt. quod & Papinianus citato ca. xxj. indicat: refert enim Pauli, cuius eſt cap. cxvj. notam iiſdem ferè verbis. Satis igitur

a l.decem. D.de verb. oblig.
b l.ſi decem. D. de ſolut.

ſupérq;

súpérque fuit semel sub titulo, de solutionibus, recitasse, aut (si mâlis) de verborum obligationibus: vtrilibet etenim congruit. Quid? quod gemino recitatu contentus non fuit Tribunianus, sed & ter repetiit. Extat enim & aliud iisdem ferè verbis scriptum, quibus & cap. cxvj. Est autem cap. xlij.[c] lib. xij. tit. j. Nec inscriptione eorum capitum varia subsisto: res enim eadem est, vísque latens similis. Consultius igitur egissent architecti, si ex tribus illis capitibus vnum conflassent. Loquuntur autem de eo, qui posteà stipulatur ab vno, quantò minus ab alio consequi posset.

c l. fin. in princ. D. si cert. pet.

CAP. CXVI.

QVod superiùs[a] diximus, idẽ obtinere censemus in cap.[b] xij. tit. ij. lib. xlvj. & cap. clij.[c] lib. 50. titu. xvij. Rati

a Suprà hoc lib. cap. 30.
b l. vero. in fi. D. de solut.
c l. hoc iure. §. ij. de diuers. reg. iu. D.

Ratihabitio mandato comparatur: tametsi cap.clij. adiectum sit, in maleficio, vt θεμ j.cōgrueret. Non solum autē ad maleficia, sed & ad alia pertinet regula. Quid aliud censeas de ca. lxxvij. de diuer. regul. iur. ibi acceptilatio, & cap.iiij. & v. de acceptilationibus? Et ἁπαξαπλῶς, idem de omnibus ferè iuris regulis in finem πανδεκτ. reiectis, quæ suis locis subnectendæ erant, vt aliàs docui. Quòd si in enchiridion tractatus illi de verb. sign. & regulis iuris redacti essent, vt memoriæ consecrarentur, vtile maximè & pernecessarium censerem.

CAP. CXVII.

NEminem inficias iturum existimo cap. [a] xxvj. versu posteriore (saltem quoad colonū adtinet) lib. xlvij.ti.ij.& caput lxxxij. [b] θεμ.j.eiusdē

a l.si. D. de furtis.
b l. fullo. §.frugibus. D. de furt.

tit.& lib.duplari: vtrobique enim de fructibus extantibus & pendentibus furto subreptis edisseritur. Membrũ verò illud, quod de domino loquitur capiti illi xxvj. aptiùs subnecti debuit. Ait ca.lxxxij.θεμ j.Frugibus.Fruges accipere debemus, fructus extantes, pendentésve: quo significatu vsus
c Eclog.3. est Vergilius[c],

Triste lupus stabulis, maturis frugibus imbres.
Arboribus venti, nobis Amaryllidis iræ.

Meritò vtrunq; membrum coniungi debere dicimus: quia vtriusque,
d d.§.frugibus. inquit Iuriscos.[d] interest rem persequi. Semel autem de colono disceptandum erat.

CAP. CXVIII.

CAupones in factum actione teneri, pro his, qui habitãdi causa

in cau

in caupona sunt (etsi à diuersis Iuriscoss. responsum esset) semel dixisse satis superq; erat ca. j.[a] θεμ. ij. lib. xlvij. tit. v. vbi propria, congruáque sedes. Idem igitur repetendum non erat ca. vj.[b] lib. iiij. titu. ix. Caupones eos vocat Plato[c], qui se in foro ad venditionem, emptionémque constituunt. Cauponationem autem non nocendi gratiâ, sed naturaliter inuentam esse idem[d] tradit.

a l. j. §. caupo. D. furti aduersus nau.

b l. fi. nau. caup. stab.

c Dialog. 2. de repub.

d Dialog. 11. περὶ νόμων.

CAP. CXIX.

CApu x.[a] lib. xj. titu. vij. & cap. v. lib. xlvij. titu. xij.[b] etsi dissimilia quodammodo videantur: re tamen ipsa, & effectu eadem esse nemo negabit rectè conferens, expendénsve: saltem ex duobus vnum cõflandum erat, & titulo de relig. & sepulchris interiiciendum. Nec enim ad tracta-

a l. si venditor. D. de relig.

b l. vtimur. de sepulcro viola. D.

tum de ſepulchro violato pertinet caput illud xij.[e] quo loco non de ſepulchro violato, ſed de legibus prædiorum venditorũ, quibus cauetur, vt ad ſepulchra, quę in fundis ſunt iter eius, aditus ambitus* funeris faciendi ſit.

e d.l. vtimur.

** abitus*

CAP. CXX.

QVod tribus πανδέκτῶν Iuſtiniani locis de condicenda re mortis cauſa donata dictum eſt, vno dixiſſe ſatis ſupérque erat, aut ſub tractatu de donat.cauſ.mor. aut de cõdictione cauſa dati, cauſa non ſequuta, & in eo, quod deeſt, ſupplere. Primò de ea loquitur cap.xij.[a] lib.xij.tit.iiij. Secundò cap.xxx.[b] & plenius ca.xxxv.[c] θεμ.j. lib.xxxix.tit.vj. Quæ in hoc deſunt, ex aliis ſupplenda erãt. Illorum verba huc tranſcriberem: niſi cuilibet eſſent obuia. Ait Paulus Iuriſcos.[d] Ex

a l. cum quis. D.de condic.cau. da.
b l. qui mortis. D. de donat. cauſ.mort.
c l. Senatus.§.j.D. eod.
d d.§.j.

Ex humana ſorte &c. Emoriendum enim cuiuis homini conſtat Dei æterni [e] lege. Moriendum, inquit M. Cicero in Catone maiore, certè eſt. Hinc Demoſthenes, πέρας, ait, μὲν γὰρ ἅπασιν ἀνθρώποις ἐστὶ τοῦ βίου, ὁ θάνατος. Et Horatius in arte, [e] Geneſ.2.

Debemur morti nos noſtráque, ſiue receptus
Terra Neptunus, claſſeis Aquilonibus arcet.

Subiicit Paulus, Siquidem terra, maríque, tam in bello, quàm in pace, & tam domi, quàm militiæ multis generibus mortis periculum metui poteſt. Huc pertinet, quod ait Apoſtolus [f], κινδύνοις ποταμῶν, κινδύνοις λῃστῶν, κινδύνοις ἐκ γένους, κινδύνοις ἐξ ἐθνῶν, κινδύνοις ἐν πόλει, κινδύνοις ἐν ἐρημίᾳ, κινδύνοις ἐν θαλάσσῃ, &c. [f] 2.Cor.11.

CAP. CXXI.

SEruos pignori datos à debitore etiam locuplete manumitti non debere semel dictum oportuit, non bis, vt in Pandectis Iustiniani: primò quidem cap. iij.[a] titu. j. lib. xl. deinde cap. iiij.[b] eod. lib. tit. ix. cùm vtriusque cap. eadem ferè verba sint, res omnino similes, etsi diuersorum Iurisconsultorum sint: illi solùm adiiciẽdum erat Pauli sententiam probat Vlpianus veterum more. Quod aiunt Paulus, & Vlpianus collegæ sententia legis Aeliæ Sentiæ compræhenditur, quæ in fraudem creditoris manumittere vetabat apud eundem Vlpianũ[c] in Epitome: congruus eius locus erat in d. cap. iiij.[d]

a l. seruus. de manumiss. D.
b l. seruũ. D. qui & à quib.
c titulo j. ἐπιτ. eadem lex.
d d. l. seruum.

CAP. CXXII.

Pud Proconsulem postea quàm vrb[illegible]ssus erat, vindicta manumit

numit

numittendi ius fuisse vno duntaxat loco tractasse sufficiebat, aut sub cap. ij.[a] titu. xvj. lib. j. aut cap. xvij.[b] lib. xl. tit. ij. Geminari autem hoc non debuit. ταυτολογία animos studiosorum tædio enecat, chartas frustra opplet.

a l. omnes. D. de offic. procons.
b l. apud proconsulē. D. de manumiss. vin.

CAP. CXXIII.

LIbertatem in vltimum vitæ tempus collatā nullius esse momenti ex Iuliano semel trāscripsisse sat erat: nam etsi Pomponius idem scripsisset: sufficiebat tamen adiicere more veterum, quod & Pomponio placuit. Eodem igitur titulo res omnino eadem duplanda non erat: quod iisdem verbis factum animaduerti in cap. xvij.[a] titu. iiij. lib. xl. & cap. lxj.[b] eiusdem tit. & lib.

a l. libertas. D. de manu. test.
b l. fi. D. eod.

CAP. CXXIIII.

AD legem Rhodiã de iactu pertinet, si quis leuandæ nauis gratia res aliquas proiicit: non enim eo animo eiicit, quòd eas habere nolit, aut pro derelicto habeat: quippe si eas inuenerit, ablaturus erit: dominus igitur earum permanet: ídque Iulianus ait cap. viij.[a] titu. ij. lib. xiiij. Hoc igitur lib. xlj. ca. ix.[b] θεμ. posteriore tit. j. repetendum non erat. Sed nec eadem dicenda erant in cap. j. θεμ. viij.[c] tit. ij. lib. xiiij. Semel vnum idémque dixisse satis, supérque erat. Adiiciendum erat solùm dicto ca. viij. Iuliani sententiam probant Caius, & Paulus.

a l. qui leuandæ. D. ad leg. Rho. de iac.
b l. qua ratione. θεμ. fina. D. de acq. rer. do.
c l. j. §. fi. D. ad leg. Rhod. de iactu.

CAP. CXXV.

SI quis lucrandi animo res in mare ob tempestatem iactas abstulerit, furtum cõmittit, vt Vlpianus ait.

Hoc

Hoc ſemel ſub titulo de furtis, cap. xliij.[a] lib.xlvij.tit.ij. recitandum erat, vbi propria ſedes, congruúſque ſitus. Iterum ergo, nempe cap.ix.[b] θεμ. poſteriore titu.j. lib.xlj. referri hoc non debuit. Quod ait Vlpianus æquitatem habet. Nam vt lege Solonis cautum eſt apud Laërtium, ἃ μὴ ἔθου, μὴ ἀνέλῃ, hoc eſt, quæ non poſueris, ne tollas. & τοῦ ἀλλοτρίου ἀπέχεσθαι iubent ſummus, æternus, præpoténſque Deus, & Athenienſis legiſlator, Draco. Vtranque autem legem explicui lib.j.& ij. veteris Iuriſprudentiæ.

a l.falſus. §. ſi iactũ. verſi. ſi verò. D. de furtis.
b l.quaratione. §. ſi. D. de acq. rer. do.

CAP. CXXVI.

QVæ ſuprà cap.xxx. diximus, eadem dici & poſſe & debere cenſemus de cap.ix.[a] θεμ.v. titu.ij. lib.xix. & de capite cxxxij.[b] lib. 50. titu. xvij. Celſus ait imperitiam culpæ adnu-

a l.ſi quis domum. §. Celſus. D. loca.
b l. imperitia. de di. reg. iur. D.

merandam. Sed & hæc iuris antiqui regula euidentiſſimè colligitur ex c. vij.θεμ.vj.& cap.viij.lib.ix.ſub titu.ad legem Aquiliā. In eadem cauſa ſunt cap.lx.[c] lib.xliiij.tit.vij.& cap.cxxx.[d] lib.50.tit.xvij.Nunquam actiones,inquit Vlpianus, præſertim pœnales ad eandem rem concurrentes vna aliam conſumit.

c l.pen.de obl.& act.
d d.l.nunquā actiones.de reg.iur.

C A P. C X X V I I.

BArtolus Saxoferratius fœliciſſimi, feraciſſimíq; vir ingenij obſeruauit θεμ.j.[a] cap.xxxj. lib.xij. & θεμ. j.[b] cap.xxiiij.lib.xix. tit.j. de verbo ad verbum (ſic enim ipſe loquitur) duplari:quod & veriſſimum eſt,ſatíſque ſupérque fuerat citato cap.xxxj. recitare, vbi propria ſedes. Nec mouet, quòd cap.xxiiij.Iuliano: caput verò xxxj. Paulo adſcribatur. Nam multa

a l.cū fundus.θεμ.ſeruum tuum. D. ſi cert. pet.
b l.ſi ſeruus.§.j.vbi Bartol.D. de act.empti.

θεμα

θεμαλὰ adſcribuntur illi Iuriſcos. cui & initium capitis, quæ nunquam for taſſe ſcripſerunt: cui rei argumento ſunt hæc θεμαλὰ: quorum verba indicant eſſe Pauli, non autem Iuliani. Argumento etiam erit θεμ. vj. cap. xxix. ad leg. Aquil. quod Sabini erat, Vlpiano adſcribitur, vt §. capite. Inſtit. de lege Aquil.

CAP. CXXVIII.

INuecta, illatáve in vrbanis prædiis habitationibus locãdis tacita con uentione, etiamſi nihil nominatim conuenerit, locatori pignori eſſe ſemel dixiſſe, recitaſſéve ſatis ſupérque erat cap. iiij.[a] lib. ij. πανδεκ[τ] tit. xiiij. aũt lib. xx. titu. ij. cap. iij.[b] & iiij. non autem vtrobique repetendum, atq; duplandum: quod tribus capitibus dictum eſt, vno dixiſſe ſufficiebat: cui præte

[a] l. item quia. D. de pact.

[b] l. ſi hortreum. & l. ſequ. D. in quib. cauſ. pign.

prætexenda erat hæc inſcriptio, Neratius libr.j. Membranarum, in fine verò capitis. Et hæc Neratij ſentētia Marciano & Paulo placuit. Quæ in prædiis vrbanis diximus, in ruſticis ceſſare idem ait: nam horum diuerſam eſſe cauſam veteribus placuit.

CAP. CXXIX.

DYrrachion, & Troadē iuris Italici eſſe dixiſſe, ſemel ſufficiebat eodem potiſſimùm titulo: id quod igitur cap. viij.[a] lib.50. tit.xv. dictum erat, cap.vij.[b] eiuſdem lib. & tit. repeti nōn debuit. Ius Italicum accipere debemus tributorum immunitatem Italis conceſſam, qui in cēnſum vniuerſas facultates deferre non obſtringebantur. Eſt autem Dyrrachiū, vrbs in ea Macedoniæ parte, quæ mari Adriatico incumbit, diſtans à Brunduſio

[a] l. in Luſitania. D. de cenſib.
[b] l. in Tri. D. eod.

ſio ccxx. paſſ. traiectu. Huius cõmeminit Plin.lib.iij.cap. xxiij. Troas verò regio eſt Aſię minoris, à Ptolemęo minor Phrygia appellata, hęc Helleſponto adiacet: quod ad Berytũ adtinet hanc etiam Italico iure cenſeri ait Vlpianus cap.j.[c] lib. 50. titu.xv. in hæc verba, Sed & Berytenſis colonia in eadem prouincia Auguſti beneficiis gratioſa, & (vt diuus Hadrianus in quadam oratione ait) Auguſtana colonia ius Italicum habuit. Eſt autem Berytus vrbs Phœnices in ora Lybano monti ſubiecta: fœlix Iulia à Plinio dicta lib.v.cap.iij. Metropolitano nomine, à Theodoſ. & Valent. Impp.[d] exornata, legum nutrix à Iuſtiniano [e] appellata, vbi leges traderentur, atque explicarentur.

c l. j. D. illo titu.

d l. j. de metro. Bery. lib. xj. C.

e in Proœmio Dig. §. hæc autem tria.

ſupérque fuit ſemel ſub titulo, de ſolutionibus, recitaſſe, aut (ſi mâlis) de verborum obligationibus: vtrilibet etenim congruit. Quid? quod gemino recitatu contentus non fuit Tribunianus, ſed & ter repetiit. Extat enim & aliud iiſdem ferè verbis ſcriptum, quibus & cap. cxvj. Eſt autem cap. xlij.[c] lib. xij. tit. j. Nec inſcriptione eorum capitum varia ſubſiſto: res enim eadem eſt, víſque latens ſimilis. Conſultius igitur egiſſent architecti, ſi ex tribus illis capitibus vnum conflaſſent. Loquuntur autem de eo, qui poſteà ſtipulatur ab vno, quantò minus ab alio conſequi poſſet.

c l. fin. in princ. D. ſi cert. pet.

CAP. CXVI.

QVod ſuperiùs[a] diximus, idẽ obtinere cenſemus in cap.[b] xij. tit. ij. lib. xlvj. & cap. clij.[c] lib. 50. titu. xvij. Rati

a Suprà hoc lib. cap. 30.
b l. vero. in fi. D. de ſolut.
c l. hoc iure. §. ij. de diuerſ. reg. iu. D.

Ratihabitio mandato comparatur: tametsi cap.clij. adiectum sit, in maleficio, vt θεμ j.cõgrueret. Non solum autẽ ad maleficia, sed & ad alia pertinet regula. Quid aliud censeas de ca. lxxvij. de diuer. regul. iur. ibi acceptilatio, & cap. iiij. & v. de acceptilationibus? Et ἀπαξαπλῶς, idem de omnibus ferè iuris regulis in finem πανδεκ. reiectis, quæ suis locis subnectendæ erant, vt aliàs docui. Quòd si in enchiridion tractatus illi de verb. sign. & regulis iuris redacti essent, vt memoriæ consecrarentur, vtile maximè & pernecessarium censerem.

CAP. CXVII.

NEminem inficias iturum existimo cap. [a] xxvj. versu posteriore (saltem quoad colonũ adtinet) lib. xlvij. ti. ij. & caput lxxxij. [b] θεμ. j. eiusdẽ

[a] l. si. D. de furtis.
[b] l. fullo. §. frugibus. D. de furt.

tit.& lib.duplari: vtrobique enim de fructibus extantibus & pendentibus furto subreptis edisseritur. Membrũ verò illud, quod de domino loquitur capiti illi xxvj. aptiùs subnecti debuit. Ait ca.lxxxij.θεμ j.Frugibus.Fruges accipere debemus, fructus extantes, pendentésve: quo significatu vsus

[c] Eclog.3. est Vergilius[c],

Triste lupus stabulis, maturis frugibus imbres.

Arboribus venti, nobis Amaryllidis iræ.

Meritò vtrunq; membrum coniungi debere dicimus: quia vtriusque,

[d] d.§.frugibus. inquit Iuriscos.[d] interest rem persequi. Semel autem de colono disceptandum erat.

CAP. CXVIII.

CAupones in factum actione teneri, pro his, qui habitãdi causa

in cau

in caupona sunt (etsi à diuersis Iurisconss. responsum esset) semel dixisse satis supérq; erat ca.j.[a] θεμ. ij. lib. xlvij. tit. v. vbi propria, congruáque sedes. Idem igitur repetendum non erat ca. vj.[b] lib. iiij. titu. ix. Caupones eos vocat Plato[c], qui se in foro ad venditionem, emptionémque constituunt. Cauponationem autem non nocendi gratiâ, sed naturaliter inuentam esse idem[d] tradit.

a l. j. §. caupo. D. furti aduersus nau.
b l. fi. nau. caup. stab.
c Dialog. 2. de repub.
d Dialog. 11. περὶ νόμων.

CAP. CXIX.

Caput x.[a] lib. xj. titu. vij. & cap. v. lib. xlvij. titu. xij.[b] etsi dissimilia quodammodo videantur: re tamen ipsa, & effectu eadem esse nemo negabit rectè conferens, expendénsve: saltem ex duobus vnum cōflandum erat, & titulo de relig. & sepulchris interiiciendum. Nec enim ad tracta-

a l. si venditor. D. de relig.
b l. vtimur. de sep. viola. D.

tum de ſepulchro violato pertinet caput illud xij.[c] quo loco non de ſepulchro violato, ſed de legibus prædiorum venditorũ, quibus cauetur, vt ad ſepulchra, quę in fundis ſunt iter eius, aditus ambitus* funeris faciendi ſit.

c d.l. vtimur.

* abitus

CAP. CXX.

QVod tribus πανδέκτων Iuſtiniani locis de condicenda re mortis cauſa donata dictum eſt, vno dixiſſe ſatis ſupérque erat, aut ſub tractatu de donat. cauſ. mor. aut de cõdictione cauſa dati, cauſa non ſequuta, & in eo, quod deeſt, ſupplere. Primò de ea loquitur cap. xij.[a] lib. xij. tit. iiij. Secundò cap. xxx.[b] & plenius ca. xxxv.[c] θεμ. j. lib. xxxix. tit. vj. Quæ in hoc deſunt, ex aliis ſupplenda erãt. Illorum verba huc tranſcriberem: niſi cuilibet eſſent obuia. Ait Paulus Iuriſcos.[d] Ex

a l. cum quis. D. de condic. cau. da.
b l. qui mortis. D. de donat. cauſ. mort.
c l. Senatus. §. j. D. eod.
d d. §. j.

Ex humana ſorte &c. Emoriendum enim cuiuis homini conſtat Dei æterni [e] lege. Moriendum, inquit M. Cicero in Catone maiore, certè eſt. Hinc Demoſthenes, πέρας, ait, μὲν γὰρ ἅπασιν ἀνθρώποις ἐστὶ τοῦ βίου, ὁ θάνατος. Et Horatius in arte, [e] Geneſ.2.

Debemur morti nos noſtráque, ſiue receptus
Terra Neptunus, claſſeis Aquilonibus arcet.

Subiicit Paulus, Siquidem terra, maríque, tam in bello, quàm in pace, & tam domi, quàm militiæ multis generibus mortis periculum metui poteſt. Huc pertinet, quod ait Apoſtolus [f], κινδύνοις ποταμῶν, κινδύνοις λῃστῶν, κινδύνοις ἐκ γένους, κινδύνοις ἐξ ἐθνῶν, κινδύνοις ἐν πόλει, κινδύνοις ἐν ἐρημίᾳ, κινδύνοις ἐν θαλάσσῃ, &c. [f] 2.Cor.11.

CAP. CXXI.

SEruos pignori datos à debitore etiam locuplete manumitti non debere semel dictum oportuit, non bis, vt in Pandectis Iustiniani: primò quidem cap. iij.[a] titu. j. lib. xl. deinde cap. iiij.[b] eod. lib. tit. ix. cùm vtriusque cap. eadem ferè verba sint, res omnino similes, etsi diuersorum Iurisconsultorum sint: illi solùm adiiciẽdum erat Pauli sententiam probat Vlpianus veterum more. Quod aiunt Paulus, & Vlpianus collegæ sententia legis Aeliæ Sentiæ comprehenditur, quæ in fraudem creditoris manumittere vetabat apud eundem Vlpianũ[c] in Epitome: congruus eius locus erat in d. cap. iiij.[d]

a l. seruum. de manumiss. D.
b l. seruũ. D. qui & à quib.
c titulo j. & tit. eadem lex.
d d. l. seruum.

CAP. CXXII.

APud Proconsulem postea quàm vrbẽ egressus erat, vindicta manumit

numittendi ius fuisse vno duntaxat loco tractasse sufficiebat, aut sub cap. ij.[a] titu. xvj. lib. j. aut cap. xvij.[b] lib. xl. tit. ij. Geminari autem hoc non debuit. ταυτολογία animos studiosorum tædio enecat, chartas frustra opplet.

a l. omnes. D. de offic. proconf.
b l. apud proconsulē. D. de manumiss. vin.

CAP. CXXIII.

Libertatem in vltimum vitæ tempus collatã nullius esse momenti ex Iuliano semel trãscripsisse sat erat: nam etsi Pomponius idem scripsisset: sufficiebat tamen adiicere more veterum, quod & Pomponio placuit. Eodem igitur titulo res omnino eadem duplanda non erat: quod iisdem verbis factum animaduerti in cap. xvij.[a] titu. iiij. lib. xl. & cap. lxj.[b] eiusdem tit. & lib.

a l. libertas. D. de manu. test.
b l. fi. D. eod.

CAP. CXXIIII.

AD legem Rhodiã de iactu pertinet, si quis leuandæ nauis gratia res aliquas proiicit: non enim eo animo eiicit, quòd eas habere nolit, aut pro derelicto habeat: quippe si eas inuenerit, ablaturus erit: dominus igitur earum permanet: ídque Iulianus ait cap.viij.[a] titu.ij. lib.xiiij. Hoc igitur lib.xlj.ca.ix.[b] θεμ. posteriore tit. j. repetendum non erat. Sed nec eadem dicenda erant in cap.j. θεμ. viij.[c] tit.ij. lib.xiiij. Semel vnum idémque dixisse satis, supérque erat. Adiiciendum erat solùm dicto ca. viij. Iuliani sententiam probant Caius, & Paulus.

a l. qui leuandæ. D. ad leg. Rho. de iac.
b l. qua ratione. θεμ. fina. D. de acq. rer. do.
c l. j. §. fi. D. ad leg. Rhod. de iactu.

CAP. CXXV.

SI quis lucrandi animo res in mare ob tempestatem iactas abstulerit, furtum cõmittit, vt Vlpianus ait.

Hoc

Hoc ſemel ſub titulo de furtis, cap. xliij.[a] lib.xlvij.tit.ij. recitandum erat, vbi propria ſedes, congruúsque ſitus. Iterum ergo, nempe cap.ix.[b] θεμ. poſteriore titu.j. lib.xlj. referri hoc non debuit. Quod ait Vlpianus æquitatem habet. Nam vt lege Solonis cautum eſt apud Laërtium, ἃ μὴ ἔθου, μὴ ἀνέλῃ, hoc eſt, quæ non poſueris, ne tollas. & τῶν ἀλλοτρίων ἀπέχεσθαι iubent ſummus, æternus, præpoténsque Deus, & Atheniensis legiſlator, Draco. Vtranque autem legem explicui lib.j. & ij. veteris Iuriſprudentiæ.

a l.falſus. §. ſi iactũ. verſi. ſi verò. D. de furtis.
b l.qua ratione. §. fi. D. de acq. rer. do.

CAP. CXXVI.

QVæ ſuprà cap.xxx. diximus, eadem dici & poſſe & debere cenſemus de cap.ix.[a] θεμ.v. titu.ij. lib.xix. & de capite cxxxij.[b] lib. 50. titu. xvij. Celſus ait imperitiam culpæ adnu-

a l.ſi quis domum. §. Celſus. D. loca.
b l. imperitia. de di. reg. iur. D.

merandam. Sed & hæc iuris antiqui regula euidentissimè colligitur ex c. vij.θεμ.vj.& cap.viij.lib.ix.sub titu.ad legem Aquiliã. In eadem causa sunt cap.lx.[c] lib.xliiij.tit.vij.& cap.cxxx.[d] lib.50.tit.xvij.Nunquam actiones, inquit Vlpianus, præsertim pœnales ad eandem rem concurrentes vna aliam consumit.

c l.pen. de obl. & act.
d d.l. nunquã actiones. de reg. iur.

CAP. CXXVII.

BArtolus Saxoferratius fœlicissimi, feracissimíq; vir ingenij obseruauit θεμ.j.[a] cap.xxxj. lib.xij. & θεμ. j.[b] cap.xxiiij.lib.xix. tit.j. de verbo ad verbum (sic enim ipse loquitur) duplari: quod & verissimum est, satísque supérque fuerat citato cap.xxxj. recitare, vbi propria sedes. Nec mouet, quòd cap.xxiiij. Iuliano: caput verò xxxj. Paulo adscribatur. Nam multa

a l.cũ fundus.θεμ.seruum tuum: D. si cert. pet.
b l. si seruus.§.j.vbi Bartol. D. de act. empti.

θεμαλὰ adſcribuntur illi Iuriſcos. cui & initium capitis, quæ nunquam fortaſſe ſcripſerunt: cui rei argumento ſunt hæc θεμαλὰ: quorum verba indicant eſſe Pauli, non autem Iuliani. Argumento etiam erit θεμ. vj. cap. xxix. ad leg. Aquil. quod Sabini erat, Vlpiano adſcribitur, vt §. capite. Inſtit. de lege Aquil.

CAP. CXXVIII.

INuecta, illatáve in vrbanis prædiis habitationibus locãdis tacita conuentione, etiamſi nihil nominatim conuenerit, locatori pignori eſſe ſemel dixiſſe, recitaſſéve ſatis ſupérque erat cap. iiij.[a] lib. ij. πανδεκτ tit. xiiij. aut lib. xx. titu. ij. cap. iij.[b] & iiij. non autem vtrobique repetendum, atq; duplandum: quod tribus capitibus dictum eſt, vno dixiſſe ſufficiebat: cui

[a] l. item quia. D. de pact.

[b] l. ſi horreum. & l. ſequ. D. in quib. cauſ. pignus.

prætexenda erat hæc inſcriptio, Neratius libr.j. Membranarum, in fine verò capitis. Et hæc Neratij ſentētia Marciano & Paulo placuit. Quæ in prædiis vrbanis diximus, in ruſticis ceſſare idem ait: nam horum diuerſam eſſe cauſam veteribus placuit.

CAP. CXXIX.

DYrrachion, & Troadē iuris Italici eſſe dixiſſe, ſemel ſufficiebat eodem potiſſimùm titulo: id quod igitur cap. viij.[a] lib.50. tit.xv. dictum erat, cap.vij.[b] eiuſdem lib. & tit. repeti nōn debuit. Ius Italicum accipere debemus tributorum immunitatem Italis conceſſam, qui in cenſum vniuerſas facultates deferre non obſtringebantur. Eſt autem Dyrrachiū, vrbs in ea Macedoniæ parte, quæ mari Adriatico incumbit, diſtans à Brunduſio

a l.in Luſitania.D. de cenſib.
b l.iuris. D.eod.

ſio ccxx. paſſ. traiectu. Huius cõmeminit Plin. lib. iij. cap. xxiij. Troas verò regio eſt Aſię minoris, à Ptolemęo minor Phrygia appellata, hęc Helleſponto adiacet: quod ad Berytũ adtinet hanc etiam Italico iure cenſeri ait Vlpianus cap. j.[c] lib. 50. titu. xv. in hæc verba, Sed & Berytenſis colonia in eadem prouincia Auguſti beneficiis gratioſa, & (vt diuus Hadrianus in quadam oratione ait) Auguſtana colonia ius Italicum habuit. Eſt autem Berytus vrbs Phœnices in ora Lybano monti ſubiecta: fœlix Iulia à Plinio dicta lib. v. cap. iij. Metropolitano nomine, à Theodoſ. & Valent. Impp.[d] exornata, legum nutrix à Iuſtiniano[e] appellata, vbi leges traderentur, atque explicarentur.

c l. j. D. illo titu.

d l. j. de metro. Bery. lib. xj. C.

e in Proœmio Dig. §. hæc autem tria.

CAP. CXXX.

CVm ex duobus, pluribúsve responsis, rescriptísq; caput vnum sæpissimè effecerint architecti: idem debebant efficere ex cap. xix.[a] libr. v. titu. j. πανδεκτ. & cap. xxxiiij.[b] eiusdem lib. & tit. cùm vtriusq; eadem sit vis, & effectus, eodémque pertineant, cúmque vtriusq; eadem sit ratio. Sic igitur vtrunque componendum erat, etiam ex Vlpiani sententia, Vlpianus libr. lx. ad Edictum. Hæres absens, quamuis trans mare domicilium habeat, ibi conueniendus, defendendúsque est, vbi defunctus, qui iudicium acceperat, debuit: si ibi inueniatur, nullo priuilegio excusandus: quia successit in locum eius, à quo hæres relictus est: ídque & Cassius & Iauolenus aiunt.

a l. hæres absens. D. de iudic.
b l. si is, qui. D. eo.

CAP.

CAP. CXXXI.

SI de vi, & proprietate controuertatur, priùs de vi, quàm proprietate cognoſci oportere reſcriptũ ſcio: id quod ad iudiciorum tractationem (etſi vis mentio fiat) pertinet. Satis igitur ſupérque fuit diui Hadriani reſcriptum recitaſſe lib. v. titu. j. cap. xxxvij.[a] Eadem autem verba in eandem rem, vim, effectum, & ſcopum referre non debuerũt architecti πανδέκτων, lib. xlviij. tit. vj. ca. v.[b] Nec mouet, quòd diuerſorum ſint Imperatorum, nempe illud Hadriani, hoc diui Pij διὰ κοινοῦ τῶν θεοστάλων reſcribentiũ: antiqui fortè librarij erratũ eſt. Aut (quod veriſimilius mihi fit.) diuus Pius idem cum diuo Hadriano reſcripſit: ídque Græcé. Sufficiebat autem ſemel dixiſſe, & in fine adiicere hæc, aut ſimilia verba: & ita diuus

a l. ſi de vi. D. de iudic.

b l. qui cætu. §. ſi de vi. D. ad l. Iul. de vi publ.

Hadrianus, & diuus Pius Græcè rescripserunt. quale obseruatum est in cap.viij.[c] lib.v.tit.ij. Nam Antoninũ Pium ab Hadriano ingruente tristissima valetudine, adoptatũ scriptum reliquit Aelius Spartianus in Hadriano: à quo electus est ad eam partem Italiæ regendam, in qua plurimum possidebat. Sed nec dubitationẽ mouet, quòd in diui Pij rescripto ita dictum est, Si de vi, & possessione, vel dominio &c. Nam in vtroque rescripto vis illata erat possidenti: rescriptum autem est priùs de vi, quàm de proprietate, & dominio cognoscendũ. Sed & priùs de possessione, quàm de proprietate iudicandum. Diocletianus, & Maximianus non semel (quod tamen sat erat) rescripserunt[d]: idq; ordinarij iuris esse dixerunt. Huius autem præiudicij eum effectum consti

c l. Papinianus. in fi. D. de inoffic. test.

d l. ordinarij. C. de rei vendic. & l. incerti. C. de interdict. vbi roprius locus.

conſtituerunt, vt ex hoc ordine facto de dominij diſceptatione probationes ab eo, qui de poſſeſſione victus eſt, exigantur.

CAP. CXXXII.

QVod ſuperiùs cap. xxx. obſeruatum à me fuit, locum etiam habere debere non dubito in cap. iij.[a] lib. xxiiij. titu. ij. & cap. xlviij.[b] lib. 50. titu. xvij. cùm vtrobique eadem eiuſdem Iulij Pauli verba ex eodem loco recitentur. Nam etſi ea iuris antiqui regula ad aliud, quàm ad diuortium, & pertinere, & produci poſſit, tamen ſemel referenda erat. Ait Paulus, Diuortium non eſt, niſi verũ, quod animo perpetuam conſtituendi diſſenſionem fit. Itaq; quicquid calore iracundiæ, vel fit, vel dicitur, non priùs ratum eſt, quàm ſi perſeuerantia ap-

a l. iij. D. de diuort.
b l. quicquid calore. D. de di. reg. iur.

paruit indicium animi fuiſſe. Ideóq; per calorem miſſo repudio; ſi breui reuerſa vxor eſt, nec diuertiſſe videtur. Optima autem ratione iracundè dicta, factáve non ſpectantur, quòd humano quodam affectu rapiamur in iras: atq; ita rapti extra nos ſumus. At in actibus animus ſemper ſpectandus eſt; qui inſano deeſt. Inſaniæ autem initium, iram eſſe Ennius apud Ciceronem ſcribit. Ira percitus nihil conſideratè facit. Iratus extra mentem fertur. Ira temerè omnia fieri ſcribit Xenophon [f]. Meritò igitur iracundè dicta, factáve rata non eſſe reſponderunt veteres. Admonet nos Poëta, vt iram cohibeamus:

Ἄνθρωπος ὢν γίγνωσκε τὸ ὀργῆς κρατεῖν.

[f] lib.5.rer. Græcar.

CAP. CXXIII.

Quæ cap.vj. ſuprà hoc eodem libro diximus, eadem de cap.j. [a] & iiij.

[a] l.j.& l. legatā. D. de admini. rer.ad ciui. perti.

& iiij.lib.50.titu.viij. dici posse, ambigendum nō est. Ait Vlpianus, Quod ad certam speciem ciuitati relinquitur, in alios vsus conuertere non licet. Valens scribit, Legatam municipio pecuniam in aliam rem, quàm defunctus voluit, conuertere citra principis autoritatem, non licet. Nec mouet, quòd sint diuersæ vtriusque capitis inscriptiones: cùm ad eundem sensum, & effectum ferantur. Quod ad verba, relinquere, & legare, adtinet, quid hac in re sentiamus, cap.vj. suprà citato, explicuimus. Nec subsistimus restrictione cap. iiij. interclusa in hæc verba, *Citra principis autoritatem.* cùm eadem subiici debuerant cap.j. superius citato.

CAP. CXXXIII.

IN geminatorum numerum referri optima ratione poterunt, cap. ij. a

a *l. hoc colore. D. de inoff. testa.*

[b] l. nă & ijs. D. eod.

lib.v.tit.ij. & cap.v.[b] in fine eiusdem tit. & lib. Sufficiebat enim semel dixisse, hoc colore inofficioso testamento agi, quasi non sanæ mentis fuerũt, vt testamentum ordinarent. Quo in genere ita scriptum reliquit Plato interprete M.Ficino. Solent patres aduersus filios querelæ fieri, filiorũ quoque in parẽtes maiores, quàm deceat, quarum causa patres scribi oportere à legislatore fortè putent: liceat sibi, si velint, publico præconio filium abdicare: ne amplius secundum legem filius sit: & filiis parentes morbis, vel senio turpiter adfectos, liceat amẽtiæ accusare. Nec mouet, quòd duo illa capita diuersorum sint Iuriscoss. Diuersi enim iuris autores eadem scripserunt; ídq; sæpe animaduerti. Nec verbo, defenditur, subsisto: ad formulam enim instituendæ querelæ referri

cam

eam in confeſſo eſt. Nec in addubitationem ferimur, verbo, iniquè. Qui enim contrà officium pietatis quid facit, iniquè ſatis feciſſe exiſtimandus eſt.

CAP. CXXXV.

IN geminatorum claſſem referenda non ſunt cap. lxxvij.[a] libr. xxxj. & cap. viij.[b] tit. xxxv. lib. vj. Papiniani etenim reſponſo, non niſi à ſimili vſus eſt Iuſtinianus verba Iuriſconſulti ideo recitans, vt conſtitutionem ſuam confirmaret. Quod tamen ait Iuſtinianus vtilitatis cauſa, & teſtamentorum gratia receptũ eſt, ne euaneſcerent. Nec mouet Marcelli[c] ſententia aientis inſtitutionem non valere, cui nõ fuit adiecta deſtinata conditio. quod enim ait Iuſtinianus ad inſtitutionem reipublicæ, vel ciuita-

a l. cum pater. §. fi. D. de leg. ij.

b l. pen. C. de inſtit. & ſubſtit.

c l. quoties. §. tantũdem. D. de hered. inſtit.

tis pertinet, in aliis diuersum ius esset, notante Marcello minimè (vt putauit falsò Accursius) reprehēso. Comparata autem æqua esse debent, sicut in ea re testis est M. Cicero ad Trebatium Iuriscos. Nec enim elationem, aut submissionem habent comparata. Cōstitutio igitur Iustiniani in eadem causa est, quæ Papiniani, vt de ciuitate réve publica hærede instituta, vtraque species æquè accipienda sit. Alioquin Marcelli responsum emendari necessariò fatendum erit: quod maximè effugiendum est. Sed nec Papiniani argumento appositè vsus fuisset Iustinianus. Nam similia in eadem qualitate cōparantur: quale est apud Ouidium lib. j. Tristium,

Nanque ea vel nemo, vel qui mihi vulnera fecit,
Solus Achilleo tollere more potest.

Quod

Quod autem constitutio Iustiniani de ciuitate réve publ. accipienda sit, verbo, pollicitã, expressum est. Nam & tractatum pollicitationũ iuris publici, & titulis rerum publicarũ post titulum de administr.rer.ad ciui.perti.interiectum in Pandectis Iustiniani videmus.

CAP. CXXXVI.

Fillio in potestate se immerentem, atque ideo indignè præteritũ docente, nec libertates valere, nec legata deberi Papinianus respondit lib.v. πανδεκτ. Iustiniani titu.ij. cap. viij. θεμ. xvij.[a] Id semel recitatũ oportuit, nec repeti debuit: quod tamen factũ animaduerti lib.xxviij.tit.viij.cap.xvij.[b] Vtrique titulo congruere non diffiteor, at alterutro loco dictum sufficiebat. Præteritione autem testamẽtum

[a] l. Papinianus. §. fi. D. de inoffic. test.

[b] l. filio præterito. D. de iniust. rup.

inofficiosum dici proditũ ſcio. Quod tamen ait vtrobique Papinianus, à Iuſtiniano immutatum eſt: ídque nouiſſima [c] eius conſtitutione liquet; ἀλλὰ ἀνατρεπομένης τῆς διαθήκης τοὺς δὲ ἀδιαθέτου εἰς τὴν τοῦ τελευτήσαντος κληρονομίαν καλοῦμεν, καὶ πρὸς αὐτοὺς τὰ ἐκείνου πράγματα διαδίδοσθαι διατυποῦμεν· τῶν ληγάτων δηλονότι εἴτε φιδεικομμίσσων καὶ ἐλευθεριῶν, καὶ τῶν δόσεων τῶν ἐπιτρόπων, καὶ τῶν ἄλλων κεφαλαίων (καθάπερ ἀνωτέρω εἴρηται) τὴν ἰδίαν ἐχόντων ἰσχύν. Quod de filio præterito diximus, eadem de exhæredato dici poſſe, hósque in eadem cauſa eſſe iure proditum ſcio.

c Conſtit. 115.

CAP. CXXXVII.

BArtolus Saxoferratius ſummi vir ingenij animaduertit themation xv. cap.[a] xj. lib. xxxij. Pandect. & themation v. cap.[b] j. titu. iij. lib. xxxvj. bis extare; atque ideo ingeminari: cuius iudi

a l. fideicõmiſſa. §. ſi quis decẽ. D. de leg. iij.

b l. j. §. ſi cui. vt leg. no. cau.

iudicium probamus. Eadem enim vtrobique legati iterum relicti vis est, eadem sententia, idem Iurisconsultus, eadem ferè verba, paucis immutatis. Nec mouet me librorum in inscriptione varietas: alterutra enim falsa fortè esse potest. Eandē speciem diuersis in locis retulerit bis Vlpianus nécne, ignoratur: quî enim sciri potest quid ille scripserit: cùm eius scripta præter hæc transcripta, perierint? Sed ad rem satis superque fuerat semel retulisse in alterutro loco: at quia controuertitur, an cautio semel præstanda sit, crederem ad titulum, vt legatorum, seu fideicommissorum nomi. caue. potiùs pertinere: quo loco ita scriptum est, Si cui ita legatum sit, vel fideicommissum, & si id perdidisset, rursus relictū: videamus an satis sequentis legati, vel fideicom-

missi petere possit. Mouet quæstionẽ, an fideicõmissum hoc, siue legatum debeatur: & quoties debeatur, & an ipse legatarius cauere debeat se non perditurũ. De his omnibus extat rescriptum diui Pij ad Iunium Mauricum tale, Clodio Fructulo, secũdum ea, quæ epistula continentur, legata, siue fideicõmissa ex testamento Clodij Felicis præstari debent citra necessitatem cauendi, nihil ex iis deminuturum se. Nam quod fidei hæredis ab eodem testatore commissum est, vt si Fructulus perdidisset quod ei in testamento relictum est, rursus hæres ei id restitueret, non eò pertinet, vt aut Fructulo priorum legatorum nomine satisdatio iniungenda, aut onerandus sit hæres in infinitum, vt quoties is perdiderit, restituere ei tantundem debeat: sed vt per fideicommissum

ſum poſterius duplicata legata eius videātur: nec amplius ad periculum hæredis pertineat, ſi quid poſteà id conſumpſit, exoluto ei poſteriore fideicommiſſo.

CAP. CXXXVIII.

GEminata ex profeſſo Iuriſprudentum à cōpoſitoribus reſponſa, perquiſitanti mihi obuiū factum eſt, cap. vj.[a] titu. iij. lib. j. repetitum in fine cap. iij.[b] titu. iiij. libr. v. τὸ γὰρ ἅπαξ (vt ait Theophraſtus) ἢ δὶς παραβαίνουσιν οἱ νομοθέται. Quod autem ſuprà ca. xxx. dicimus, etiam ad cap. xiiij.[c] tit. iij. lib. j. & ad cap. cxlj.[d] lib. 50. tit. xvij. pertinet. Porrò, vt ad locum Theophraſti redeamus, ſatis fuerat dixiſſe ex Celſo, vno caſu, iura non conſtituenda.

a l. vj. de legib. D.
b l. antiqui. D. ſi pars hæred. pet.
c l. quod vero. D. de legib.
d l. quod contra. D. de diverſ. reg. iur.

CAP. CXXXIX.

GEminatis cōnumerari posse non immeritò quis dicet ca.v. & vj.[a] θεμ. poster.lib.xxv.tit.j.& cap.xxxix.[b] lib.v.tit.iij.de impensis loquentia: satis autem supérque fuit titulo de impensis interiecisse: cùm è dotis tractatu ad cæteros produci facilè possint. Hinc ea, quam superiùs cap. xxx. dixi, ratione cap.lxxix.[c] lib.50. titu.xvj. superfluere adfirmare ausim: cùm quoduis impensarum genus suo titulo[d] definitum sit.

a l. quod dicitur. & l.seq. D.de impens.
b l.vtiles. D. de pet. her.
c l.impensa. D. de verb.sign.
d D. de impensis.

CAP. CXL.

CApur xliij.[a] & cap.xliiij.lib.v.tit. iij. etsi non verbis, re tamen, & sententia geminata semper mihi visa sunt. Attilicinus enim apud Paulum,& Iauolenus(cùm vterq; Plautij interpres videatur) in eadē sunt senten

a l. postquàm. in princip. & l.seq. D.de pet.hæred.

tentia, vt is, qui legatum accepit, si hæreditatē petat, illud reddat: quod vno capite significantissimè exprimi poterat. At ex pluribus vnum ex professo effecerūt compositores. Sic itaque scriptum oportuit, Postquàm legatum à te accepi, hæreditatem peto. Attilicinus quibusdam placuisse ait, non aliter petitionem dādam, quàm si legatum redderem: alioquin iudicis officio continetur, vt victori, deducto eo, quod accepit, restituatur hęreditas. Multa id genus conflarunt architecti, πανδέκτῶνq; compositores.

CAP. CXLI.

GEminata Iuriscoss. responsa non solùm in diuersis titulis, sed & in eisdem, & titulis, & capitibus sæpissimè animaduertimus: quale visitur in cap. xxxv.[a] lib. vj. tit. j. θεμ. j. quo loco, refe

a l. & ex diuerso. D. de rei vind.

referente Tribuniano, ita scriptum scio. Vbi autem alienum fundum petij, & iudex sententia declarauit fundum meum esse, debet etiam de fructibus possessorem condemnare: [eodem enim errore & de fructibus condemnaturum.] Postrema verba his notis inclusa [ ] detractis verbis, *Eodem errore:* duplari nec quisquam omnium ibit inficias. Satis enim superque fuit dicere, qui alienum fundum petenti reddi iubet, debet eodẽ errore, & de fructibus condemnare possessorem. Memoriam iuuat illa ταυτολογία, vana, futilísque verborum repetitio? Mouendíne sunt hoc dicen di genere affectus? Sed hæc hactenus. Nec me mouet exemplarium consen sus, eadem eodem vitio laborans lectio & Florentinorum & vulgarium exemplarium: cùm eodem fonte di-
mana

maharit. Nam φιλοπονία, & tempus omnia detegunt: lectio ipsa geminationem indicat: sed nec aduersus oculatam fidē ratiocinari debemus. Eadem censenda sunt de cap.xv. titu.j. lib.vij. D. in versicu. sed nec seruitutem, & versic. posteriore.[b]

[a] l. sed si quid. D. de vsufruct.

CAP. CXLII.

NEminem latere puto ca.vij.[a] lib. vj.tit.ij. & ca.xj.lib.xij.tit.ij.[b] duplari paucis immutatis: cùm vtrobique eadem eiusdem Vlpiani verba, & sententia sint: Nec librorum diuersitate subsistimus. Nam suo more & arbitratu responsorum fragmenta in idem caput cogebant. Ait autē vtrobique Vlpianus, Sed si possessori[c] delatum erit iusiurandum, & iurauerit rem petitoris non esse aduersus eum solùm petentem, exceptione vtetur, non

[a] l. sed & si. §. sed si poss. D. de publi. in rem.
[b] l. sed si possessori. D. de iureiur.
[c] d. §. sed si.

d d.l.sed si possess. non vt & habeat actionem. Et alibi[d], Sed si possessori fuerit iusiurandum delatum, iurauerítque rem petitoris non esse, quandiu quidem possidet, aduersus eum, qui detulit iusiurandum, si petat exceptione iurisiurandi, vtetur: nam si amiserit possessionem actionem, non habebit. Nec mouet, ꝙ hæc vtrique titulo, & tractatui congruant: nã, vt ait Vlpianus[e], quacunque actione quis conueniatur, si iurauerit, proderit iusiurãdum: quod in actionum arbore frondosissima ramulatim disuolitat. Sat igitur fuit semel retulisse: alioquin omnes ferè iuris nostri articuli, tractatui de iureiurando, interiici possent: latiúsque pateret, quàm quiuis alius.

e l.iij.§.j. de iureiur. D.

CAP. CXLIII.

a l.j. D. de oper.lib. NOn ineptè fortasse superuacaneis interiiciemus cap. j.[a] titu. j.

lib.

lib.xxxviij.& cap.iij. eiusdem libri,titulive: vtrobique enim iisdem verbis recitatur operarum, quæ à Græcis ἐργασίαι dicuntur, definitio semel referenda ex libr. vj. Pomponij ad Sabinum,cui,si voluissent, adiicere more veterũ poterant, quod & Paulus probat. ait Pomponius, Operas stipulatus ante peractum diem operam eius diei petere non potest,nec pars operæ per horas solui potest:quia id est diurnum officium; sic & rectè in quibusdam veteribus exẽplaribus legimus: tametsi Florentiæ, & alibi diurni officij legatur:vtrouis modo legas,verba eôdem pertinent. Caput quoque tertium[b] ex libris Sabini transcriptũ, & cap.j. lib.vij.titu.vij.[c] Digestorum Iustiniani, etsi verbis dissimilia videantur,re tamen, sententia,atque effectu eadẽ adfirmare ausim, id quod

b l.iij. in princip. D. de oper.lib.

c l.j. D. de oper. seruo.

negaturum neminem puto, si verba, *Peractum diem* [d], & *Venit dies* [e], exactè expensa contulerit.

d d.l.iij. e d.l.j. & l.cedere. D. de verb. sig.

CAP. CXLIIII.

VLpianus[a] lib. xvij. ad Sabi. scribit, Domus vsusfructus relictus est, aut marito, aut vxori: si marito, potest illic habitare non solus, verùm cum familia quoque sua: an & cum libertis fuit quæstionis, & Celsus scribit, & cum libertis. Posse hospitem quoque recipere. Subiicit pòst paulò idem Vlpianus, [Item & hospites, & libertos suos.] His notis [ ] inclusa, quis ingeminara non videt? sat erat superiùs, vbi eadem verba sunt adiicere. Quod & Labeo ait.

a l.ij. D. de vsu, & habit.

CAP. CXLV.

SI quis seruitutum distinctarum tractatatus diligentissimè perlustrauerit,

uerit, permulta in diuersis titulis capita, cùm in eadem tractatione, tum in rebus diuersis frustrà repetita comperiet, atque ideo superesse animaduertet adhibito iudicio, ídque in seruitutum confusionibus, retentionibus, concessionibúsve: quæ minus esset longum, huc collata transcribere. Sed & in tractatione noxaliũ actionum, responsorum capita aliquot geminata videas: qualia sunt cap. xxvj. §. j. & cap. xxxix. & alia quædam.

CAP. CXLVI.

SAtis supérque fuerat ex vno Vlpiani [a] loco transcripsisse eum, qui de manu alicuius numos excusserit, opéq;, consilióq; effecisset, vt ad alium peruenirent, furti obstringi: non igitur ex eodem eiusdem Vlpiani loco repetenda eadem eiusdem scopi, &

[a] l. xxvij. §. xiij. ad leg. Aquil.

effectus species erat tit.ij.lib.xlvij.ca. lij.[b] Nec existimo Vlpianum bis eadem dixisse, sat erat alterutri titulo interiecisse. Nam, vt sub titulo ad legem Aquiliam, aliæ actiones tractantur: ita & in titulo, furti. Semel igitur vnam eandémque speciem sufficiebat referre.

b l.si quis vxori. §.si quis vxori. D.de furt.

CAP. CXLVII.

NOn negarim tamen maximam certis ex caußis geminationis esse vim: cuius rei exempla aliquot variis sparsa locis huc cogemus. Principiò ex pactione nuda geminatá actionem de constituta pecunia nasci receptum esse quidã scripserunt, quibus connumerantur Alexãder, & Alciatus[a]; quod & hic sæpissimè ex facto cõsultus respondit hoc accipiendum existimans, si in iterato pacto prio

a in rubr. D.de verb. oblig.

prioris debiti mentio facta ſit. Iteratio enim deliberationis index eſt. Geminatam quoq; confeſſionem in eadem cauſa eſſe And. Alciatus[b] reſpondit, id quod maximè recipi poteſt, ratione proximè adducta. Iterata etiam dictione, in fideicommiſſi reſtitutionem venire ea, quæ aliàs non venirēt, propter geminationis vim Bartolus, Angelus, Alciatus: & quidam alij cenſuerunt, citántque in eam ſententiam l. Baliſta. D. ad S C. Trebel. Sed eò nō propendet Celſi ſententia, & (vt ait elegans Ariſtophanes in Pluto) *b Reſpōſ. 376. nu. 5.*

ὀυκ ἔσθ' ὅπως ὁ χρησμὸς εἰς τουτὶ ῥέπει.

Celſiani reſponſi ſententia, non in geminatione verb. *Coloniæ Philippēſium*, eſt ſita, ſed in verb. *Pecuniam omnem*: ídque eius verba liquidò oſtendunt. Reſpondi, inquit Celſus, ex verbis, quæ proponis, id eſt, Pecuniam exi- *L. Baliſta. D. ad S C. Treb. nouè & verè explicari contra omnes.*

ſtimo etiam fructus, quos ex hæreditate percepit, reſtituere eum debere: perinde atque ſi ſpecialiter hoc teſtator expreſſiſſet. Adſolebant Iuriſcos. ſecundum ea, quę proponerentur, reſpondere. A Celſo quæſitū fuiſſe conſtat, an appellatione pecuniæ omnes fructus venirent? & reſpondit venire: quod & certiſſimum eſt. Nam pęcuniæ nomine non ſolùm numerata pecunia, ſed & omnes res tā ſoli, quàm mobiles, & tam corpora, quàm iura contineri Hermogenianus [c] ſcribit: cuius ſententiam probat Vlpianus [d], adiiciens pecuniæ nomine omnem omnino pecuniā, hoc eſt, omnia corpora contineri. Sed eò, vnde abij, redeo. Senatuſcōſulti pręterea Velleiani exceptionē ceſſare facit cautio ſecunda: ídque Iuſtinianus [e] conſtituit. Adiici & hoc meritò poſſet, geminatam

c l. 222. D. de verb. ſign.
d l. 178. D. eod.
e l. ſi mulier. ÿ. C. ad S C. Velleia.

tam

tam moram non purgari colligunt interpretes[f]. Rescriptorum geminationem clausulę motus proprij æquipatari, eiusdémque effectus, & vis esse Baldus[g] existimauit. Geminationis maximam esse vim A. Beroius[h] rectè censuit: imò longè maioris est virtutis, quàm simplex actus, autore Bartolo[i]: quod & Franciscus Aretinus[k] optimo iure respondit. Permultos geminationum effectus, eiúsque exempla varia percenset Felinus Sandęus[l]. Scio tamen Bo. Præsidem[m] rectè post Baldum censuisse ex actuũ geminatione fraudis suspicionẽ suboriri, & fortè, inquit, falsi. Baldíq; sententiam cæteris probatam ait idem Boërius. Geminationum genera, quæ iuuant, aut vitio verti soleant, recenset Alciatus lib. iiij. de verb. signif. nu. 15.

f l. traiectitiæ. §. de illo. D. de obl. & act.

g l. nec dãnosa. C. de prec. Impe. offe.

h q. 21.

i l. cùm scimus. de ag. & cens. C.

k cõsi. 74.

l c. si cautio. de fid. instrum. in antiq. & c. si quando. de rescrip.

m decis. 33. parte j. nume. 5.

CAP. CXLVIII.

MVltiplicis partus tractationem bis, etsi diuersis locis, τῇ ferè λέξει repetitam à compositoribus, nemo opinor inficias ibit: primò quidẽ cap. iij.[a] lib. v. tit. iiij. & cap. vij.[b] lib. xxiiij. tit. v. Diuersorũ sunt Iuriscoss. hoc, scilicet, Caij, illud Pauli. Caium autem à Paulo citari, atq; ideo Caius, non Lælius. legendum in d. cap. iij.[c] adfirmare ausim. Floruisse autẽ Caiũ diui Hadriani tẽporibus ipsemet testis est[d]. ex vtroque autem cap. vnum effici poterat, & alterutri titulo, aut si pars hæred. pet. aut de rebus dubiis, interiici poterat ex professo. Quod ait Paulus tergeminos natos Horatios, probat Plinius lib. natu. histo. 7. cap. 3. Curiatios adiiciens. Quod de Serapia Alexandrina aiunt Caius & Paulus, confirmat A. Gellius libr. 10.

cap.

a l. antiqui. D. si pars hære. pet.
b l. vtrũ. D. de reb. dub.
c d. l. antiqui.
d d. l. vtrũ.

cap. 2. Tametsi verò diuersæ videantur Caij & Pauli species, coniugi tamen poterant etsi diuersorum sint Iuriscos. Hoc distant illę species: in Caij responso posthumus datur cohæres: apud Paulum, agnati post vterum vocabantur.

CAP. CXLIX.

Qvum specialem tigni iuncti tractationem confecerint, vno eodémque loco legis xij. Tabula. interpretes, id non vindicandũ, aut exhiberi iubendum, nisi in casu, semel dixisse sat erat: neque id ter oculis subiici debuerat, quod in verbi, tigni, explicatione, acceptionéq;, superiùs diximus[a]. Principio tignum non vindicandum dictum est lib. xlvij. titu. iij. cap. j.[b] repetitur idem cap. xxiij.[c] lib. vj. tit. j. θεμ. v. Sed nec ad exhibendum

a supr. eo. lib. cap. 32.
b l. j. D. de tig. iunct.
c l. in rem. §. tignum. D. de rei vendic.

d d.§. tignum. eius nomine ibidem [d] dicitur: id quod iterum inculcatur lib. x. titu. iiij. cap. vj. [e] Planè ad exhibendum agi posse aduersus eum, qui sciés rem alienam ædificio iunxit, ex Vlpiano desumptum est, & relatum cap. j. in fin. lib. xlvij. tit. iij. [f] repetitum est di cap. vj. [g] Quod aiunt Vlpianus, & Paulus, tignum non vindicandum, &c. id propter autoritatem legis xij. Tabul. dictum, cuius hæc verba sunt, *Tignum iunctum ædibus, vineisve ne, sed duplum, qui iunxit, dato.* Hanc ex Decemuiralibus legibus esse Pompeij Festi libr. xviij. de veter. verb. signific. & Vlpiani [h], & Pauli [i] testimoniis liquidò cõstat. Idem quoque ab optimo Hadriano constitutum scio apud Spartianũ.

e l. gẽma. D. ad exhib.

f d. l. j. de tig. iunct.

g d. l. gemma.

h d. l. j.

i d. l. gemma.

CAP. CI.

DVplarunt Vlpiani ex eodem loco verba eodem ferè tendentia, etsi

etſi diuerſa ſpecie, Tribunianus & collegæ non alio conſilio, quàm vt idem reſponſum ab his diſſectum variis titulis, & tractationibus ſubſeruiret. Referuntur autem eadem ex eodem loco Vlpiani verba cap. vij.[a] libr. xj. titu. j. & cap. j.[b] θεμ. vij. lib. ix. tit. j. Satis erat alterutri titulo rem omnem interiicere. Quinimò nec quod dicto ca. vij. refertur ab Vlpiano proditum exiſtimare poſſum: cùm id extra dubium erat, ſcilicet reſpondente obligari: idq; ex verbo, conſtiterit[c], ex Vlpiani ſententia ad aientem reſponſionem producto manifeſtiùs, quàm quod diceretur, liquebat. Vaniſſimi igitur fuit operis Vlpiani verba, etſi ad diuerſas ſpecies geminare, atque diſſecare. Sed alibi.

a l. ſi quis in iure. D. de interro.
b l. j. §. interdum. ſi quad. paup.
c d. §. interdum.

CAP.

CAP. CLI.

DVplatis connumerare possumus cap.xvij.[a] titu.j.lib.xij.Pandect. & cap.xviij.[b] tit.j. lib.v. vers.vnde ergo. Nec mouet diuersitas librorum, cùm vtrũque sit Vlpiani.idem etiam effectus & sententia,quæ eôdem spectat, sufficiebat semel tractatui iudiciorum interiecisse.

a l.cùm filiusfa. D.si cert.pet.
b l.si longiùs. D.de iudic.

CAP. CLII.

COnstitutiones Iustiniani duas Pandectis præfixas video, quarum prioris titulus, & inscriptio est, *De conceptione Digestorum. Imperator Cæsar Flauius* &c. Alterius, *De confirmatione Digestorum. In nomine Domini* &c. cur autem in Codicem Iustinianum relatæ sint, sub titulo,de veteri iure enucleando,non video: nisi dixeris ita à Iustiniano iussum videri

prio

priore illa constitutione, θεμ. viij. ideo iubemus duobus istis Codicibus omnia gubernari, vno cõstitutionum, altero iuris enucleati &c. Iussisse tamen semel satis fuisse putem, Codicíq; Iustiniano suffecisse tres illas prędfationes. Prima, *De nouo Codice faciendo*. Secunda, *De Iustiniano Codice confirmando*. Tertia, & *De emendatione Codicis Iustiniani*. quæ huic tantùm conueniebant. Ipse dispice: tuo enim iudicio relinquo.

CAP. CLIII.

NEgare non oportet cap. xliij. θεμ. j.[a] lib. xij. tituli Pand. & ca. lxvij. θεμ. j.[b] lib. xlv. tit. j. geminata. Nec mouet, quòd sint diuersorum Iuriscoss. Nam in illo Labeonis à Celso, in hoc & Labeonis, & Celsi ab Vlpiano verba recitantur. Non sunt igitur con-

a *l. fin. §. fi. D. si cer. pet.*
b *l. illa sti pul. §. j. D. de ver. obl.*

iungenda, vt quidam autumat: ſed al tero contenti eſſe debuerant compoſitores inſerendo ſtipulationum tractationi, vbi cõgruus ſitus. In eadem ferè cauſa ſunt cap. xlij. ſuperiùs citatum, ad ϑεμ. j. vſque, & cap. xiij.[c] libr. xlij. tit. j. cùm vtrunque Celſi eodem loco ſit: idem vtriuſque effectus: etſi verba parum diſſimilia ſint à compoſitoribus, vt veriſimile ſit, immutata. Illius quoq; capitis regula, Vani, ſcilicet, timoris nullam eſſe æſtimationẽ, repetitur li. 50. tit. xvij. c. clxxxiiij.[d] immutato verbo, æſtimatio: nam illic excuſatio legitur: æſtimationem tamẽn mallem. Nam iudex vanum timorem æſtimare, admittere non debet, nec eius rationem habere.

c l. ſi quis ab alio. D. de re iudic.

d l. vani. D. de diuer. regul. iur.

CAP. CIIII.

Ambigit nemo cap. xxij.[a] lib. xiij. titu. vij. & cap. lxxvij.[b] lib. xlvij. tit.

a l. ſi pignoris. verſic. ſed quod ipſe. D. de pig. act.

b l. ſi debitor. D. de furt.

tit.ij.ingeminata, vtpote, quæ eodem tendant, pertineántve. Nec mouet, quòd diuersorum sint Iurisconsultorum. in illo enim verba sunt Vlpiani recitantis Papiniani sententiam, ex lib.ix. Quæstionum. quid igitur relatu geminato opus fuit? ipse diiudica. Nec coniungenda putem, quod quidam sentiunt, cùm eadem sint. Porrò iungi debent, quæ ductili quadã via, & methodo tractanda sunt.

CAP. CLV.

CAput xxix.[a] lib.xliiij.tit.j.& cap. xxxij.[b] libr.xxj. titu.ij. ex eodem fonte dimanantia, eodémque pertinentia, déq; plurium stipulationum conceptu loquentia, solis ferè exemplis dissidet, & tanquam genus à specie. Cæterùm vtrunque παράδειγμα titulo ẟ, de verbor. obligat. interijci pote

a l. scire. D. de verb. oblig.
b l. quia dicitur. D. de euict.

poterat:idque commodissimè.

CAP. CLVI.

DIssimilia, opinor, non videntur cap.xxxij. θεμ. xx.lib.xxiiij.tit.j.[a] & ca.ix.[b] lib.xxiij.tit.j. vt quæ eodem pertineãt:nisi quòd illi adiicitur consequens eò, vt titulo suo congrueret. Vtriusque capitis verba huc transcribere ideo nolui, vt qui obuia cuiuis studiosorum non ignorem. Scio permulta alia capita ingeminata:sed illo Horatij[c] vtar fortasse,non ineptè,

Cætera de genere hoc (adeò sunt multa) loquacem
Delassare valent Fabium.

a l.cũ hic. §. si quis. D. de don. inter vir et spon.
b l.quæsitum. D.de sponsa.
c Serm. lib.1.Sat.1.

CAP. CLVII.

AIt Vlpianus[a], procurator non compellitur iurare, nec defensor: & ita Iulianus scribit lib.decimo

Dige

a l.iusiurãdum, & ad pecu. §. ij.D.de iureiur.

Digeſtorum [defenſorem iurare non compelli]: his notis [ ] incluſa ſuperfluere quis non videt? Nec mouet, quòd Iulianus de ſolo defenſore loqui videatur. Nam vox, ita, ad procuratorem, & defenſorẽ referri potuit: ita aptè, vt ad ſubſequens fragmentum fruſtra repetitum. Id moris quoque Iuriſconſultis veteribus inualuiſſe nemo eſt peritorum, qui neſciat, vt vocem, ita, ad præiacentia, aut prædicta referrent. Nec puto, quæ his notulis [ ] intercluſa ſunt, ab Vlpiano adiecta, vt qui etſi latiſſimè, non tamen ſuperfluè ſcripta reliquerit poſteris.

CAP. CLVIII.

SVnt verſiculi lib. xij. tit. iij. cap.[a] ij. θεμ. j. & cap. iiij. θεμ. ij. & ca. v. verſ. licuit enim, & verſ. ſed in his. etſi ver-

[a] l. ij. §. interdũ. l. videamus. §. deferre. l. in actionibus. D. de in litem iur.

bis diſſideant, eôdem tamen ſpectãt. Nã ſi rectè introſpiciens conferas, citatum verſic. licuit enim, & θεμ. ij. incip. deferre &c. effectus ſunt eiuſdem. Idem ferè voluit illud θεμ. j. incip. interdum, & verſicu. ſed in his. eôdem pertinent: magis conſimiles ſunt, quàm ſuperiores. Sed hæc geminatio ferri poteſt.

CAP. CLIX.

IVlij Pauli reſponſum idem non ingeminarũt ſolùm, ſed & diſſecuerunt in cáp. vj.[a] in ipſo ſtatim initio lib. xij. tit. vj. & cap.[b] xxx. verſ. quod ſi. lib. xvij. tit. iiij. verba vtriuſque cuiuis fiunt obuia. Porrò ſat erat titu. vj. interieciſſe, vbi proprius, congruúsque locus, aptáque ſedes: cùm illic de conditione indebiti ſoluti & procuratori, & à procuratore diſceptetur. Sed & inge

a l. ſi procurator. D. de cond. indeb.
b l. ſi procuratori. de cond. cau. da.

& ingeminarunt in d.cap.vj.versum, idem Labeo. & initium citati capitis xiiij.verbo,falso,huic adiecto.Quid, quod vtriusque capitis idem effectus, eadem causa,eadem ferè verba, paucis immutatis,inscriptio eadem. Sed & in eodem cap.vj. idem fragmentū, si non verbis, saltem,re, & effectu,duplatum videas:quod nec à Celso, nec à Paulo bis adiectū puto. Est autem hoc, Neque postea expectandum sit, vt caueat. Repetitur sensu eodē paulò post, Neque ratihabitionem considerari.Dissectum igitur,atque inuersum, geminatúmque Iulij Pauli responsum idem non addubitas.Quocirca non sunt coniungenda, vt quidam censuerunt: altero autem contenti essemus, ita tamen, si quod in vno deest,ex alio suppleretur.

CAP. CLX.

SAtis, ſupérq; fuerat dixiſſe lib. xlv, titul. j. cap. cxv. [a] ſtipulationem propter loci non adiecti incertitudinem eſſe inutilem, vbi propria ſedes, & locus congruus: non igitur idem tractandum lib. xiij. tit. iij. [b] cap. ij. θεμ. iij. vbi non ita congruebat de eo ediſſerere: cuius rei argumento erit titulus, *De eo, quod certo loco dari oportet.* Nec diuerſa inſcriptio, cùm res eadem ſit: ſat erat d. cap. xv. adiicere. Quod & Scæuola cenſuit. Sani etiam ingenij neminem inficias iturum puto conſtit. iiij. C. de epiſc. audien. & conſtit. ij. de officio prætoris, lib. j. C. ingeminatas, Sed hoc Tribuniano, collegísve adſcribendum non eſt: cùm ea conſtitutio ſub titulo, de epiſcop. audi. in vetuſtiſſ. exemplar. nō ſit: neq; enim ad illum titulū quoquo

a *l. ita ſtipulatus. de verb. obl.*

b *l. non vtique. D. de eo, quod cert. loco.*

quo modo pertinet. Sed nec aliorum solùm, sed & Iustiniani scita à Tribuniano côduplicata videas. Seruorum enim æstimationem bis recitat, primùm in constitut. iij. §. sancimus. C. commu. de legat. deinde constit. j. §. ne autem. C. de comm. ser. manumiss. sufficiebat semel æstimasse in d. constit. iij. In prima autem sat fuisset adiicere, Seruis, prout nostrâ constitutione æstimandis: idque de Iustiniani more in variis constitutionibus, & in Codice, & in Institutionibus recitatis. Sed, vt disticho tecum agam,

Hactenus hauddubiè ingeminata notasse (peræquum

Est etenim) digitis sufficit indicibus.



IVRISPRVDENTIAE MEDIAE

LIBER I.

OMISSIONVM,

CAPVT I.

DISCIPLINARVM; atque adeò rerum omnium tractationem à definitione exordiendam, M. Cicero scriptum reliquit, vt sciatur (inquit) id, de quo disputetur. Est autem definitio (sicut in ea re testis est M. Fabius[a]) rei propositæ propria, & dilucida, & breuiter comprahensa verbis enuntiatio.

[a] lib. 7. cap. 4.

tiatio. Definitio explicat, quid sit. Eã in explicandis artibus, & perutilem, maximéq; necessariam tradidêre Plato, & Aristoteles, duo totius philosophiæ lumina. Mirum est igitur, cur de iure disputaturi Tribunianus, eiúsque collegæ in libris Institutionum Iustinianarũ futuris Iuriscoss. & nouis (vt ait Iustinianus[b]) Iustinianistis tradẽdarum iuris definitionem prætermiserint. Quod igitur ab illis omissum est, ab Vlpiano[c] accipias, velim ex Celso ita definiente, Ius est ars boni, & æqui. Scio plurimos definisse, quos prudens prætereo. Meritò autem δίκαιον à Græcis appellatur ius.

b in Proœmio Digestor. πρω. primo.

c l.j. D. de iust. & iur.

CAP. II.

ADsolent, qui rem quamlibet dilucidè explicare cupiunt, rerum partitione vti: ea siquidem attentio-

res, & dociliores fiunt auditores, lecto résve, vt ex M. Fabio[a] obseruatè adnotaui. Porrò per eam adparet, quid, quáve de re dicturi sumus. Memoriã quoque ea iuuari tradit Fabius. Obseruanda est interim partitionum lex potissimùm, vt ne quid promissorum prætereat, qui partitione vsus est: hoc enim, vt periculosissimum, ita turpissimum. Hoc autem Iulium Paulum non latuisse certo certius est. Is igitur de vsucapione dicturus, ita eam tractationem partitus est. Sequitur, inquit[b], de vsucapione dicere, & hoc ordine eundum est, vt videamus quis possit vsucapere, quas res, & quanto tempore. Omnia hæc membra exequutum ex professo Paulũ adfirmare ausim: at Tribunianus ἄπαντα immiscuit, ac confudit, personas rebus interiecit: & (quod ægrè ferendum est) tem

a lib. 4. cap. 5.

b l. iiij. de vsucap. D.

temporis, quo tota vſucapionum vis conſiſtit, tractationem prętcriit. Hoc autem ex libro v. receptarum Sententiarum, tit. ij. eſt petendum: cùm libri eiuſdem ad Edictum perierint: nec ſibi ipſe reclamare videri poteſt Paulus. Is[c] igitur longi, inquit, temporis præſcriptio inter præſentes continuo decennij ſpatio, inter abſentes vicennij compræhenditur. Hanc Pauli ſententiam ab ipſo Iuſtiniano & probatam & declaratam ſcripſi lib. iiij. veteris Iuriſprudentiæ, lege xij. Tab. decimaſeptima. Vſucapionem autē definit Vlpianus in Epitome[d]. Vſucapio eſt dominij adeptio per cōtinuationem anni, vel biennij: rerum mobilium, anni: immobiiium, biennij. Tantundem autem temporis vſucapioni præſtituerat lex decemuiralis: cuius hæc verba ſunt, *Vſus, & auto-*

c dict. lib. 5. tit. 2.

d titu. 19. Διμ. vſucapio.

ritas fundi biennium esto: cæterarum rerum vsus, annuus esto.

CAP. III.

SCio Iulium Paulum lib. j. Sententiarum, tit. xix. scripsisse receptum fuisse, ex iis caußis, quę inficiatione duplantur pacto decidi non posse. hunc tamen articulum, qui ὡς τὸ πλεῖστον accidit, prætermiserunt πανδέκτων architecti lib. ij. Digestorum, tit. de pactis, vbi propria eius sedes: nec vllæ supersunt vsquã eius in eis reliquiæ. Quod ait Paulus, hac ratione cõfirmo. Eum enim, qui inficiatus est, dolo non carere ex Pauli [a] nostri sententia liquidò constat. Atqui nulla pactione effici posse, ne dolus præstetur, idem [b] scribit. Contra negantem ex lege Aquilia, si damnum per iniuriam dedisse probetur, dupli condemnationem

[a] *l. si quis inficiatus. D. deposit.*

[b] *l. si vnus. §. illud. D. de pact.*

nem procedere rescriptum est[c]. Reliquas actiones, quæ inficiatione duplantur, recenset Imperator[d].

c l. cõtra. ad leg. Aq. C.

d §. sed furti. Insti. de action.

CAP. IIII.

NEcessariò spectandam in integrum restitutionis definitionem prætermisit Tribunianus, quæ initio tituli j. lib. iiij. cap. j.[a] definienda erat. Hanc autem ita definit Paulus lib. j. recept. Sentent. tit. vij. Integri restitutio est, redintegrandæ rei, vel causæ actio. Quam Pauli definitionẽ probare visus est Vlpianus[b] in hæc verba, Ex hoc edicto restitutio ita facienda est, id est, in integrum, officio iudicis, vt si per vim res tradita est, retradatur. Quod si hoc definitionis instar esse dicas, debuit saltem suo loco collocari. Sed adhuc definita res definitione latiùs patet. Obseruandum

a l. j. de in integr. rest. D.

b l. metũ. §. penul. D. quod met. causa.

autē interea eſt eam ex bono, æquóve dimanare. quod & Terentius[c] his verbis expreſſit in Phormione,

c Act. 2. Scana 4.

--Quod, te abſente hic filius
Egit: reſtitui in integrum æquum eſt, & bonum.

CAP. V.

Veriſimile mihi fieri quoquo modo nequit, veterum Iuriſconſultorum quenquam de pace, eiúsq; conditionibus, ac cauſis & obſeruatione non ediſſeruiſſe, fœdera toties à pop. Roma. percuſſa minimè tractaſſe: cùm & pacis meminerit Vlpianus[a] lib. iiij. ad Edictum, & in pace poſtliminium eſſe dixerint Pomponius[b] lib. xxxvij. ad Q. Murium, & Triphoninus[c]. Omiſſam igitur hanc tractationem perutilem à Tribuniano, & collegis, vt & alia pleraque, veriſimilius

a l. j. & l. 5. D. de pactis.
b l. 5. D. de capt. & poſtli.
c l. in bello. D. eod.

milius

milius est. Sed de his aliquando.

CAP. VI.

OMissum quid in Pomponij responso[a], aut superfluere liquidò constat. Hodie, inquit, certo iure vtimur, vt & in lucro minoribus succurratur. Pomponius quoque lib. xxviij. scribit, etsi sine dolo cuiusquam legatum repudiauerit, vel in optionis legato captus sit, dùm eligit deteriorem: vel si duas res promiserit, illam, aut illam, & pretiosiorẽ dederit, debere subueniri, & subueniendum est. Hæc postrema verba, aut superfluũt, aut quid desiderari arguũt: quod magis existimo: casúsq; lucri cuiusdam omissus est, veluti hæreditatis, aut legati. Lucratiuas enim has causas appellant diui Principes[b].

a l. 7. §. hodie. de minor. D.

b l. vnica. C. de impo. luc. descrip.

CAP.

CAP. VII.

ARticulum iuris ciuilis pernecessarium, sæpissiméque euenientem omiserunt architecti & πανδέκτων & Codicis Iustinianei: quem tamen à veteris iuris scriptoribus, autoribúsque prudentissimis prætermissum minimè putem. Est autem hic, Qui liberos, eósve quibus succedendi spes incesserit, exposuerint, eorum successione indignos esse, & hæreditatẽ eis auferri debere responsis, constitutionibúsve quibusdã exprimere debuerant cõpositores. Hoc enim frequenter, & facilè euenit: constituenda igitur ex eo lex erat, vt ait Celsus [a]. Nam etsi ex variis responsis, rescriptísve hoc colligi ex sententia possit, & verbis, specialiter tamẽ hoc exprimi debuit. Scio hoc colligi posse ex ca. iij. [b] libr. xxxiiij. titu. ix. Ex cap. ij. [c] θεμ. xv. lib.

[a] l. nã ad ea. D. de legib.

[b] l. iij. D. de iis, quib. vt indig.

[c] l. ij. §. si mater. D. ad Tertyl.

lib.xxxviij.titu.xvij. Est autem exponere, quod à Græcis rectè dicitur ἐκτίθεσθαι, sorti & fortunæ committere, & omnino abiicere. Quale euenisse Romæ, T. Liuius testis est, lib. j. In alluuie, vbi nunc ficus ruminalis est, pueros exponunt. Hoc sæpe in Gallica Corintho factum accepi, vbi meretriculę pro foribus orphanotropheorum puerulos miserè exponunt, & abiiciunt.

CAP. VIII.

Legatos authoritate publica ad Græcas ciuitates missos à popul. Rom. Liuij & Pomponij [a] authoritate constat ad petendas, quibus fundaretur ciuitas, leges: multásque acceperunt à Solone potissimùm: idque collatis eius, & xij. Tabularum legibus manifestò liquet: quos libro ij. & iiij.

a l. ij. D. de orig. iur.

iiij. veteris Iuriſprudētiæ collegimus, & explicuimus. Solonem autē de apibus legem tuliſſe refert Plutarchus in eodem. Legis hæc verba ſunt, μελισσῶν σμήνη καθισταμένων ἀπέχειν τῶν ὑφ᾽ ἑτέρου πρότερον ἱδρυμένων πόδας τριακοσίους. Hanc legati acceperunt, id quod veriſimile eſt: quum è re eſſet, & in xij. Tabul. tranſlatam non addubito: ſed, vt aliæ permultæ, non extat. Húncque iuris articulum perneceſſariū, vtpote quū ſæpiſſimè lites ex eo negotij genere oriantur, prætermiſerunt compoſitores. Alueariorum autem ſedes, & ſtationes ita deſcribit Vergilius[b],

b lib. iiij. Georg.

Principio ſedes apibus, ſtatióque petenda,
Quò neque ſit ventis aditus (nam pabula venti
Ferre domum prohibent) neque oues hædíque petulci
Floribus inſultent, aut errās bucula cāpo

Decu

Decutiat rorem, & surgentes atterat
herbas.
Absint & picti squallentia terga lacerti
Pinguibus à stabulis, meropes, aliæq; vo-
lucres,
Et manibus progne pectus signata cruentis,
Omnia latè vastant, ipsásque volantes
Ore ferunt, dulcẽ nidis immitibus escam.
At liquidi fontes, & stagna virentia
musco
Adsint, & tenuis fugiens per gramina
riuus. &c.

CAP. IX.

QVum procurator, & cognitor diffideant tanquam genus, & species. Procuratoribus etenim cogni tores contineri commixtis Iulij Pauli sententiis[a] constat. Cognitorum igitur tractatus prætermittendus non erat. Non enim duos diuersos titulos

[a] lib.j.tit. ij.sent.j.& tit.iij.sen-ten.ij.

fecisset Paulus libr. j. Sententiarum, vnum de cognitoribus, aliũ de procu ratoribus, nisi diuersi essent. Vtriusque autem tractatio ex eodem Paulo transcribere poteris. Quo in genere ita ab hoc scriptum scio lib. j. titu.ij. Omnes infames, qui postulare prohi bentur cognitores fieri non possunt, etiam volentibus aduersariis. Fœminæ in rem suam cognitoriã operam suscipere non prohibentur. In rem suam cognitor, procuratórve ille fieri potest, qui pro omnibus postulat. Subiicit idem Paulus eiusdem lib. j. tit.iij. Mãdari potest procuratio præsentibus & nudis verbis, & per literas, & per nuntium, & apud acta præsidis, & magistratus. Procurator aut ad litem, aut ad omne negotium, aut partem negotij, aut ad res administrandas datur. Quod ait Paulus procura

curationē præſentibus mandari poſſe, vt verum eſt, ita à veteribus receptum. Falſum igitur eſt, quod quidā aiunt procuratorem abſentis tātùm eſſe. Cognitorem autem definit vetus Codicis Theodoſiani interpres, cui ſine mandato cauſam ſuam agēdam præſens, præſente iudice litigator iniungit. Extāt & de cognitoribus duæ conſtitutiones[b] in Cod. Theodoſ. lib. ij. tit. xij. quas huc tranſcribere vaniſſimi eſſet operis.

b *l. pe. & fi. de cogni. & procur.*

CAP. X.

PRætermiſſus fuit à compoſitoribus iuris ciuilis articulus, ob idq; in falſam ſententiam rapti feruntur interpretes, aientes, Legatum, ſiue (vt ipſi appellant) delegatum ſentētiam à ſe latam exequi non poſſe: cuius rei fortiſſimum eſſe argumentum adſe-

uerant,quod in hæc verba ſcribit Vlpianus [a], A diuo Pio reſcriptum eſt magiſtratus populi Romani, vt iudicum à ſe datorũ, vel arbitrorum ſententiam exequantur hi,qui eos dederunt. Ergo,inquiunt,à contrario ſenſu delegati non poſſunt exequi ſententias à ſe latas. Verius tamen eſt, quod ait Paulus lib.v.Sentent. titu.v. tametſi à Pandectarum architectis prætermiſſum ſit. Res iudicatæ, inquit, exequentur ab his,qui imperiũ, poteſtatémque habent, vel qui ex au toritate eorum inter partes dãtur &c. Neque hoc diuus Pius, nec Vlpianus negant. Huius rei ratio duplex adferri poteſt. Cum iuriſdictio data eſt ea quoq; conceſſa videri ait Iauolenus [b], ſine quibus iuriſdictio explicari non potuit. Sed & qui vicem iudicis, vel præſidis gerit, omnia, quæ ad officiũ rect

a L à diuo Pio. D. de re iudic.

b l. ij. D. de iuriſdi.

rectoris prouinciæ pertinent, actitare posse Imperatores rescripserunt[c]. Nec subsistimus fortissimo illo argumento à cõtrario sensu, cui locum non esse prodiderunt omnes interpretes, si cõtrarium eius iure cautum sit: quod Baldus, & Salicet. ad diuorum Seueri & Antonini constitutionem[d] aiunt: quò etiam propendet Bartolus ad Caium[e]: atque ita respondit L. Romanus[f] Bartholomæus Socinus[g] in lib. Restrictionum. Quid plura? hoc iure vtimur, vt legati præsidum sententias suas exequantur.

c l. fi. C. de offici eius, qui vic. alt. gerit.

d L. ij. C. de condit. insert.

e L. omnes pop. D. de iust. & iur.

f cõs. 392. circa primum. in fi.

g reg. 28. fallen. 2.

CAP. XI.

QVum ius ciuile in iiij. Institutionum libris tyronibus tradi iusserit Iustinianus, & ius publicum perdiscere, & perutile, & maximè necessarium sit, mirari satis nõ possum:

quo consilio primam iuris θέσιν, in qua de iure publico latissimè patente edisseritur, prætermiserint architecti solis iudiciis publicis, & criminũ persecutionibus contenti. Quod variis in locis πανδεκτῶν sparsum, ac dissectum, aliquando coëgi. Longum nimis esset eos locos obseruare, & transcribere. Primùm autem de iure publico edisserendum: deinde de priuato Platonis[a] sententia est. Publicum enim, præcipuũ in ciuitate bonũ est.

a Dialog. 9. περὶ νόμ.

CAP. XII.

PVblico iure antiquitus constitutam formam immutari non posse Iulianus[a] scripsit. qui igitur, vt eius sententiâ constat, negotia aliena gesserunt, rationem reddere debẽt: quibus matrem connumerari receptum est. ídque Paulus noster scribit libr. j.

a l. quidã. §. 5. D. de admin. tut.

Sentent.tit.iiij. in hæc verba, Mater, quæ filiorum suorum rebus interuenit actione negotiorum gestorum, cogitur reddere rationē, & ipsis, & eorum tutoribus. Hanc sententiam ad solos impuberes pertinere existimarunt quidam obseruatores, qui verba amplexantur. Etsi lex de tutoribus tantùm loquatur, sententia tamen ac mente cuiuscunq; ætatis liberos compræhendi putem: quæ sententia propter autoritatem iuris publici habet æquitatem: cuius rei argumento est diui Alexandri rescriptum [b]: Quod receptum Paulus temporibus suis ait, hodie vsu sæpe euenit: quo fit, vt mirari satis nequeam, cur hic articulus à Tribuniano, & collegis prætermissus sit. Huius nec in Pandectis, nec in Codice Iustinianeo vllæ supersunt reliquiæ.

[b] l. alimenta. ij. resp. C. de nego. gest.

CAP. XIII.

LEgem Iuliam iudiciorũ, ſiue publicorum, ſiue priuatorum à C. Iulio Cæſare latam Trãquillus in eo refert. Huius multa fuiſſe capita de diffuſionibus, comperẽdinationibus

[a] lib. 14. cap. 2.

reorum (ſic apud Gellium legendũ[a]) de iudicum ætate, dignitate, & conditione, de forma & conſuetudine iudiciorum, & publicorum, & priuatorum, & aliis legitimis rebus. Quæ omnia, vt à Iuriſconſultis explicita, ita à Tribuniano, & collegis inducta, antiquata, aut certè prætermiſſa fuere, vt quidam doctè obſeruarunt. De ætate quidem iudicum Calliſtratus[b], ne minor xx. annis iudicet, refert ad compromiſſarios iudices producens. At reliqua eius legis capita, eiúsve interpretamenta omiſſa fuerunt. Multa etiam edictorum Prætorum,

[b] l. cùm lege. D. de arbit.

rum,& Senatuſconſultorũ, & legum fragmenta, vt omiſſa integra capita ſubticeã,ita trũcata fuerunt à Tribuniano vſqueadeò, vt vix ſenſum elicere poſſet acutiſſimus Papinianus.

CAP. XIIII.

Diui Hadriani literarum pars recitatur lib.v.tit.j. cap. xlviij.[a] in hæc verba, τοὺς ἄρχοντας ἐν ᾧ ἄρχουσιν ἐνιαυτῷ μήτε ἐισάγειν δίκην ἰδίαν μήτε διωκόντων, μήτε φευγόντων, μήτε περὶ ὧν ἐπίτροποι, ἢ κουράτορες ἦσαν κοινεδῶσαν ἐπειδὰν δὲ ἐξήκῃ ἡ ἀρχὴ, καὶ αὐτοῖς πρὸς τοὺς φεύγοντας, καὶ τοῖς φεύγουσι πρὸς αὐτοὺς εἰσαγωγίμους εἶναι τὰς δίκας. Mirari ſatis nequeo, cur orationem integram non recitarunt architecti. Nec mouet, quòd quidam aiunt id ſolùm,quod ad rem pertinet,recitandum, vt alibi proditum ſcio. Nam quod deſideratur nullibi extans par-

[a] l. parte D. de iudi.

tem hanc explicaret. Maiorem feror in admirationem cur Pauli explicationem, ac interpretationem prætermiſerint. Epiſtulam enim hanc enucleaſſe Iulium Paulum argumento eſt capitis xlviij. de iudi. inſcriptio. Sed hæc aliquando.

CAP. XV.

SCribit Vlpianus lib.xvij.ad Sabinum, vt in Pand. Florentinis[a] refertur:ſed ſi hæc metalla poſt vſumfructum legatum ſint inuenta, cùm totius agri relinquatur vſusfructus, non partium, contineantur legato. Verba hæc, Sed ſi, vox, hæc, quæ, relatiua, demonſtratiuáq; eſt, ipſa quoque facti ſpecies liquidò oſtendunt articulum vnũ à Tribuniano, & collegis omiſſum, nempe metalla legata fuiſſe, & genera eorum aliquot ab

[a] l.ix.§.ij.de vſufr.D.

Vlpia

Vlpiano connumerata. Quod non perspicientes plerique nouas lectiones, reiecta Florentina, excogitarunt. Nam quidam ita legunt, sed etsi: alij, sed si & metalla.

CAP. XVI.

AD hanc omissionũ classem non ineptè referentur tituli aliquot, qui (vt tractationes ipsæ liquidò indicant) mutili mihi visi sunt. Principio in titulo, *Quemadmodum seruitutes amittuntur*, desiderari hæc verba, *& retinentur*, ex variis huius tractatus capitibus constat xx.[a] & v.[b] quæ ad geminatorum numerũ referri ob fructuarium repetitum possunt. Nec mouet, quòd suo contrario, scilicet, amittuntur: verbum, retineatur, intelligi possit, vt contrariorum[c] eadem sit disciplina. Nam (vt ait Alciatus[d], cuius

a l. vsu. D. eod.
b l. seruitus.
c l. j. D. de iis, qui sunt sui, vel alie.
d Rub. D. de off. eius, cui.

cuius ſentẽtiæ ſubſcribo) rubrica debet eſſe generalis ad nigrum, ídque Vlpianus[e] lib.xxvj.ad Edictum ſcripſit. In eadem cauſa eſt titulus, *De aqua, & aquæ pluuiæ*. cui addendum cenſeo, *& aquæ ductu*. vt latè docui lib.j. Catapodiſm. de aqua & aq.plu. arcẽ. Nec verbo cõmuniſſimo, aqua, ſubſiſtimus, quod latius, quàm pluuia pateat, & ſic aquam ductilẽ compræhendat. Nam & ad ſtillicidiũ &c. pertinere poſſet: ideóque, vt tractatui congruat ex Hermogeniani[f] ſententia, addi debuit, *& aquæ ductu*. In nouiſſima quoque Iuſtiniani conſtitut. cxviiij. quæ ita inſcripta eſt, διάταξις ἀναιροῦσα τὰ adgnatica, καὶ τυποῦσα τὰ ἐξ ἀδιαθέτου κλήσεις. addenda hæc eſſe, καὶ νομίμους ἐπιτροπὰς, cenſeo: ídque ſuadet θεμ. ἐξ ὧν. ἐξ ὧν (inquit) δὲ περὶ τῆς κληρονομίας εἰρήκαμέν τε, καὶ διετυπώσαμεν, καὶ τὰ

e l.j.D.ſi cert.pet.

f l.ij. de ſta.ho.D.

τὰ περὶ τῆς ἐπιτροπῆς δῆλα καθέστηκε. In cuius Latinam versionem commentaria libro singulari edidi in ædibus patriis scripta, quo tempore causas agens in foro Augustobuconiatum iura ciuilia priuatim repetebam.

IVR



IVRISPRVDENTIAE MEDIAE

LIBER III.

INVERSIONVM, ET CONCISORVM, CAPVT I.



TRANSGREDIAMVR ad inuersa,& concisa, vtamúrque Vergiliana querimonia,

--Omnia fatis
In peius ruere,& retrò sublapsa referri.

Omnia enim,quæ Q.M.Scæuolę,Saluiíque Iuliani artibus, ac methodo conclusa erant, Tribunianus, & col-

Iegæ

legæ diſſiparunt, atque diſſecuerunt: ídque ita conciſè, vt miros inter interpretes conflictus, & ἀντινομίας peperint. Tribunianum autem nullam ordinis, aut methodi ratione͂ habuiſſe in tractandis titulorum argumentis, & ipſos etiam titulos ſine vllo ordine in Pandectis conieciſſe ſcribit F. Duarenus in Epiſt. de ratione docendi iuris. Nam Iuſtiniani iuſſu ex variis Theſmothetarum, veterúmq; iuriſprudentum monimentis confuſaneos centones conſuerunt, mutiláque aduerſaria effecerunt Solem in tenebras coniicientes: quicquid comminiſcatur I. Droſæus in ſua vniuerſi iuris methodo exiſtimans à M. Cicerone lib. j. de Oratore cogitatam artem à Iuſtiniano præſtitá: quod mihi veriſimile non fit: tametſi numeroru͂ naturam, & artem reſpexiſſe ſe dixerit

rit Iustinianus[a]. At verò digestio illa in septem articulos tum Græcè tum Latinè ab ipso distributa subleuari non potest: vnum enim ex alio minimè pendet, coagmentata non cohærent: ídque illius distributionis serie, ordine, ductúq; edocemur. Porrò M. Cicero lib.j. de Oratore ius ciuile ita tractandum, atque in artem redigendum verissimè censuit. Primùm inquit, omne ius ciuile, in genera, quæ perpauca sunt, digerat: deinde eorum generum quasi quædam membra dispertiat: tum propriam cuiusque vim definitione declaret. Ductili hac via ius Q. Mutium Scæuolã, & Saluium Iulianum tradidisse adfirmare ausim: tametsi eorũ scripta non extent. Equidem, quantùm coniectura arti consentanea adsequi possum, eos in hũc, qui sequitur, modum iura in artem rede

a l.ij. C. de veter. iur. enucl.

redegisse, & methodicè tractasse puto. Ius in duo summa genera diducitur, in publicum & priuatum: quod & Vlpianus[b] probat, positiones appellans. Publicum ius ad statum rei Romanæ spectans, in sacris sacerdotibus, & magistratibus consistit. Porrò de iure publico primùm edisserendum optimo iure cẽsuit Plato[c]; quod & partitionis ordo suadet. Iuris igitur publici genera digerẽda sunt, Res sacrę, sacerdotes, magistratus, horum imperia, iurisdictio, criminum persecutiones, pœnæ, ius fisci, militaris res, testamenta, & militum, & paganorũ, munera, res, quæ ad ciuitates pertinent, municipales, opera publica, & cætera id genus: quæ omnia iuris publici esse liquidò cõstat iis, qui ius ciuile perlustrarunt. Deinde ius priuatum ex naturalibus pręceptis, gen-

Iuris methodus.

b *l.j. §.j. de iustitia & iur.*

c *Dialog. ix. περὶ νόμ.*

tium, & ciuilibus collectum diſpertiet. Et cùm omne ius (vt ait Hermogenianus [d]) hominum cauſa conſtitutum ſit, primò de eorum ſtatu dicendum. Omnes enim aut liberi, aut ſerui ſunt. Quæ ad perſonas ſpectant, explicari debent tutelarum genera, tutoriam vim & poteſtatẽ & officia digeret Iuriſcos. Subinde de rebus edifferet: hæ ſunt aut diuini aut humani iuris. Quę humani iuris, aut publicæ aut priuatæ. Quę diuini iuris ſunt, aut publicæ, ad iuris publici tractationem referri debent. Rerum etiam quædam corporales, quædam incorporales: hæ in iure conſiſtunt, vt hæreditas, bonorum poſſeſſiones, ſeruitutes, vſusfructus, obligationes. Res quî quærantur, conſeruentur, & minuantur, amittãtúrve, declarabit. Ad actiones, quæ aut in perſonam aut in

d l. ij. de ſtat. ho.

rem sunt, deuolabit, singulas in sua genera distribués. Postremò cùm hæ in iudiciis intendantur, exerceantur, explicentúrve, iudicia ipsa, quę & inter numera publica refert Paulus ca. lxxviij. lib. v. tit. j. diducet, quíque contrahantur, & soluantur, docebit ad sententias deueniens, de appellationibus, earúmque vi disceptaturus, his iniustis pronuntiatis, res iudicatas fieri coget: atque ita posteriore loco de sententiarum, rerúmve iudicatarum effectu edisserendum. Singulorum autem generum vis latens expendenda est, sicut in ea re testis est M. Cicero.

CAP. II.

VEterum Iurisconss. verba aptissima, propriáque inuertit Tribunianus. Principiò, *manum*, in *matrimoniũ* immutauit in Papiniani[a], non

a *l. 15. D. de rit. nup. l. 121. D. de verb. oblig.*

b l.19.D. de iurisdic. ſemel,& Vlpiani[b] reſponſis:cùm eos, *in viri manum*, legiſſe apud vetuſtiores,& ſcripſiſſe veriſimilius mihi fiat. Sic autem loquutum Vlpianum argumento eſt,quod in Epitome[c] ſcriptum reliquit.Farre cõuenitur in manum certis verbis. Quem locum eleganter,& verè explicat Boëthius ad M.Ciceronis Topica.Cùm autẽ mulier in viri manu,& poteſtate ſit,vt ſæpiſſimè teſtantur Hagiographa, non debuit mutari vox, manum, in matrimonium,vt docui lib.ij.veteris Iuriſprud.ca.xxxvij. ad Solonem. Hinc Apoſtolus[d], θέλω δὲ ὑμᾶς, inquit, εἰδέναι, ὅτι παντὸς ἀνδρὸς κεφαλὴ, ὁ Χριστός ἐστι, κεφαλὴ δὲ γυναικὸς ὁ ἀνήρ. & Hieronymus[e], Mulier,ait,ex lege Dei viro ſubiecta eſt. Quòd ſi Tribuniani lectionem ferre velimus,fateri cogemur, matrimonium ſolo viro contrahi. Rectiùs igitur

c titu. ix.

d 1. Corinth.11.

e c.cum caput.33.q.5.

igitur ſic in Papiniani reſpõſo legas; Mulier ab eo, in cuius manum conuenerat, ſtipulata fuerat ducenta &c. Manus autem apud claſſicos rerum ſcriptores accipiuntur pro poteſtate. Lucanus,

In manibus veſtris, quantus ſit Cæſar, habetis.

Hinc manumiſſiones duci cœptæ ſunt.

CAP. III.

NVnquam mihi perſuadere potui H. Modeſtinum Græcæ linguæ peritiſſimum hac voce ἀγωνοφόρου, pro ἀγνοφόρου vſum fuiſſe, ſed architectos ita repoſuiſſe argumento ſunt Pandectæ Florentinæ in cap. xxxiiij.[a] lib. xxxj. θεμ. j. cùm ipſa facti ſpecies, réſque ipſa ſuadeat, ἀγνοφόρου, legendum: ἐξαίρετον βούλομαι αὐτὸν παρ'

[a] l. Titia. §. Lucius. D. de leg. ij.

CAP. XIII.

LEgem Iuliam iudiciorũ, siue publicorum, siue priuatorum à C. Iulio Cæsare latam Trãquillus in eo refert. Huius multa fuisse capita de diffusionibus, comperẽdinationibus reorum (sic apud Gellium legendũ[a]) de iudicum ætate, dignitate, & conditione, de forma & consuetudine iudiciorum, & publicorum, & priuatorum, & aliis legitimis rebus. Quæ omnia, vt à Iurisconsultis explicita, ita à Tribuniano, & collegis inducta, antiquata, aut certè prætermissa fuere, vt quidam doctè obseruarunt. De ætate quidem iudicum Callistratus[b], ne minor xx. annis iudicet, refert ad compromissarios iudices producens. At reliqua eius legis capita, eiúsve interpretamenta omissa fuerunt. Multa etiam edictorum Prætorum,

a lib. 14. cap. 2.

b l. cùm lege. D. de arbit.

rum,& Senatuſconſultorũ, & legum fragmenta, vt omiſſa integra capita ſubticeã,ita trũcata fuerunt à Tribuniano vſqueadeò, vt vix ſenſum elicere poſſet acutiſſimus Papinianus.

CAP. XIIII.

DIui Hadriani literarum pars recitatur lib.v.tit.j. cap. xlviij.[a] in hæc verba, τοὺς ἄρχοντας ἐν ᾧ ἄρχουσιν ἐν αὐτῷ μήτε εἰσάγειν δίκην ἰδίαν μήτε διωκόντων, μήτε φευγόντων, μήτε περὶ ὧν ἐπίτροποι, ἢ κουράτωρες εἶεν κεκινέσθωσαν ἐπειδ᾽ ἂν δὲ ἐξήκῃ ἡ ἀρχὴ, καὶ αὐτοῖς πρὸς τοὺς φεύγοντας, καὶ τοῖς φεύγουσι πρὸς αὐτοὺς εἰσαγωγίμους εἶναι τὰς δίκας. Mirari ſatis nequeo, cur orationem integram non recitarunt architecti. Nec mouet, quòd quidam aiunt id ſolùm,quod ad rem pertinet,recitandum, vt alibi proditum ſcio. Nam quod deſideratur nullibi extans par-

[a] l. pars. D. de iudi.

tem hanc explicaret. Maiorem feror in admirationem cur Pauli explicationem, ac interpretationem prætermiserint. Epistulam enim hanc enucleasse Iulium Paulum argumento est capitis xlviij. de iudi. inscriptio. Sed hæc aliquando.

CAP. XV.

a l.ix. §. ij. de vsufr. D.

SCribit Vlpianus lib.xvij.ad Sabinum, vt in Pand. Florentinis[a] refertur:sed si hæc metalla post vsumfructum legatum sint inuenta, cùm totius agri relinquatur vsusfructus, non partium, continéantur legato. Verba hæc, Sed si, vox, hæc, quæ, relatiua, demonstratiuáq; est, ipsa quoque facti species liquidò ostendunt articulum vnũ à Tribuniano, & collegis omissum, nempe metalla legata fuisse, & genera eorum aliquot ab

Vlpia

Vlpiano connumerata. Quod non perſpicientes plerique, nouas lectiones, reiecta Florentina, excogitarunt. Nam quidam ita legunt, ſed etſi: alij, ſed ſi & metalla.

CAP. XVI.

AD hanc omiſſionũ claſſem non ineptè referentur tituli aliquot, qui (vt tractationes ipſæ liquidò indicant) mutili mihi viſi ſunt. Principio in titulo, *Quemadmodum ſeruitutes amittuntur*, deſiderari hæc verba, *& retinentur.* ex variis huius tractatus capitibus conſtat xx.[a] & v.[b] quæ ad geminatorum numerũ referri ob fructuarium repetitum poſſunt. Nec mouet, quòd ſuo contrario, ſcilicet, amittuntur: verbum, retineatur, intelligi poſſit, vt contrariorum[c] eadem ſit diſciplina. Nam (vt ait Alciatus[d], cuius

a *l. vſu. D. eod.*
b *l. ſeruitus.*
c *l. j. D. de ijs, qui ſunt ſui, vel ali.*
d *Rub. D. de off. eius, cui.*

cuius sentētiæ subscribo) rubrica debet esse generalis ad nigrum, ídque Vlpianus[e] lib.xxvj.ad Edictum scripsit. In eadem causa est titulus, *De aqua, & aquæ pluuiæ*. cui addendum censeo, *& aquæ ductu*. vt latè docui lib.j. Catapodism. de aqua & aq.plu. arcē. Nec verbo cōmunissimo, aqua, subsistimus, quod latius, quàm pluuia pateat, & sic aquàm ductilē compræhendat. Nam & ad stillicidiū &c. pertinere posset: ideóque, vt tractatui congruat ex Hermogeniani[f] sententia, addi debuit, *& aquæ ductu*. In nouissima quoque Iustiniani constitut. cxviiij. quæ ita inscripta est, διάταξις ἀναιροῦσα τὰ adgnatica, καὶ τυποῦσα τὰ περὶ ἀδιαθέτου κλήσεως. addenda hæc esse, καὶ νομίμους ἐπιτροπάς; censeo: ídque suadet θεμ. περὶ ὧν. ἐξ ὧν (inquit) δὲ περὶ τῆς κληρονομίας εἰρήκαμέν τε, καὶ διετυπώσαμεν, καὶ τὰ

e l.j.D.si cert.pet.

f l.ij. de sta.ho.D.

τὰ περὶ τῆς ὑποτροπῆς δῆλα καθέστηκε. In cuius Latinam versionem commentaria libro singulari edidi in ædibus patriis scripta, quo tempore causas agens in foro Augustobuconiatum iura ciuilia priuatim repetebam.



IVRISPRVDENTIAE MEDIAE

LIBER III.

INVERSIONVM, ET CONCISORVM, CAPVT I.



TRANSGREDIAMVR ad inuersa,& concisa, vtamúrque Vergiliana querimonia,

--*Omnia fatis*
In peius ruere,& retrò sublapsa referri.

Omnia enim,quæ Q.M.Scæuolę,Saluiíque Iuliani artibus, ac methodo conclusa erant, Tribunianus, & collegæ

legæ diſſiparunt, atque diſſecuerunt: ídque ita conciſè, vt miros inter interpretes conflictus, & ἀντινομίας pepererint. Tribunianum autem nullam ordinis, aut methodi ratione͂ habuiſſe in tractandis titulorum argumentis, & ipſos etiam titulos ſine vllo ordine in Pandectis conieciſſe ſcribit F. Duarenus in Epiſt. de ratione docendi iuris. Nam Iuſtiniani iuſſu ex variis Theſmothetarum, veterúmq; iuriſprudentum monimentis confuſaneos centones conſuerunt, mutiláque aduerſaria effecerunt Solem in tenebras coniicientes: quicquid comminiſcatur I. Droſæus in ſua vniuerſi iuris methodo exiſtimans à M. Cicerone lib. j. de Oratore cogitatam artem à Iuſtiniano præſtitá: quod mihi veriſimile non ſit: tametſi numeroru͂ naturam, & artem reſpexiſſe ſe dixerit

a l.ij.C.de veter. iur. enucl.

rit Iustinianus[a]. At verò digestio illa in septem articulos tum Græcè tum Latinè ab ipso distributa subleuari non potest: vnum enim ex alio minimè pendet, coagmentata non cohærent: ídque illius distributionis serie, ordine, ductúq; edocemur. Porrò M. Cicero lib.j. de Oratore ius ciuile ita tractandum, atque in artem redigendum verissimè censuit. Primùm inquit, omne ius ciuile, in genera, quæ perpauca sunt, digerat: deinde eorum generum quasi quædam membra dispertiat: tum propriam cuiusque vim definitione declaret. Ductili hac via ius Q. Mutium Scæuolã, & Saluium Iulianum tradidisse adfirmare ausim: tametsi eorũ scripta non extent. Equidem, quantùm coniectura arti consentanea adsequi possum, eos in hũc, qui sequitur, modum iura in artem

rede

redegisse, & methodicè tractasse puto. Ius in duo summa genera diducitur, in publicum & priuatum: quod & Vlpianus[b] probat, positiones appellans. Publicum ius ad statum rei Romanæ spectans, in sacris sacerdotibus, & magistratibus consistit. Porrò de iure publico primùm edisserendum optimo iure cēsuit Plato[c]: quod & partitionis ordo suadet. Iuris igitur publici genera digerēda sunt, Res sacrę, sacerdotes, magistratus, horum imperia, iurisdictio, criminum persecutiones, pœnæ, ius fisci, militaris res, testamenta, & militum, & paganorū, munera, res, quæ ad ciuitates pertinent, municipales, opera publica, & cætera id genus: quæ omnia iuris publici esse liquidò cōstat iis, qui ius ciuile perlustrarunt. Deinde ius priuatum ex naturalibus pręceptis, gen-

Iuris methodus.

b *L. j. §. j. de iustitia & iur.*

c *Dialog. ix. περὶ νόμ.*

tium, & ciuilibus collectum dispertiet. Et cùm omne ius (vt ait Hermogenianus [d]) hominum causa constitutum sit, primò de eorum statu dicendum. Omnes enim aut liberi, aut serui sunt. Quæ ad personas spectant, explicari debent tutelarum genera, tutoriam vim & potestatẽ & officia digeret Iuriscos. Subinde de rebus edisseret: hæ sunt aut diuini aut humani iuris. Quę humani iuris, aut publicæ aut priuatæ. Quę diuini iuris sunt, aut publicæ, ad iuris publici tractationem referri debent. Rerum etiam quædam corporales, quædam incorporales: hæ in iure consistunt, vt hæreditas, bonorum possessiones, seruitutes, vsusfructus, obligationes. Res quî quærantur, conseruentur, & minuantur, amittãtúrve, declarabit. Ad actiones, quæ aut in personam aut in

d l. ij. de stat. ho.

rem sunt, deuolabit, singulas in sua genera distribues. Postremò cùm hæ in iudiciis intendantur, exerceantur, explicentúrve, iudicia ipsa, quę & inter numera publica refert Paulus ca. lxxviij. lib. v. tit. j. diducet, quique contrahantur, & soluantur, docebit ad sententias deueniens, de appellationibus, eatúmque vi disceptaturus, his iniustis pronuntiatis, res iudicatas fieri coget: atque ita posteriore loco de sententiarum, rerúmve iudicatarum effectu edisserendum. Singulorum autem generum vis latens expendenda est, sicut in ea re testis est M. Cicero.

CAP. II.

VEterum Iuriscoss. verba aptissima, propriáque inuertit Tribunianus. Principiò, *manum*, in *matrimoniũ* immutauit in Papiniani[a], non

a l.15. D. de rit. nup. l.121. D. de verb. oblig.

igitur ſic in Papiniani reſpõſo legas, Mulier ab eo, in cuius manum conuenerat, ſtipulata fuerat ducenta &c. Manus autem apud claſſicos rerum ſcriptores accipiuntur pro poteſtate. Lucanus,

In manibus veſtris, quantus ſit Cæſar, habetis.

Hinc manumiſſiones duci cœptæ ſunt.

CAP. III.

NVnquam mihi perſuadere potui H. Modeſtinum Græcæ linguæ peritiſſimum hac voce ἀγωνοφόρον, pro ἀγνοφόρον vſum fuiſſe, ſed architectos ita repoſuiſſe argumento ſunt Pandectæ Florentinæ in cap. xxxiiij.[a] lib. xxxj. θεμ. j. cùm ipſa facti ſpecies, réſque ipſa ſuadeat, ἀγνοφόρον, legendum: ἐξαίρετον βούλομαι αὐτὸν παρ

[a] *l. Titia. §. Lucius. D. de leg. ij.*

ἑαυτῶ λαβεῖν σύγκλισιν ἀγνοφόρον κομιάνλω, σὺν αἷς ἔχει φυθήκαις πάσαις. Eſt autẽ ἄγνος plantę genus, ſeu fruticis, apibus gratiſſimum: à T. Gaza redditur vitex ἀπὸ τοῦ ἁγνεύειν, purum eſſe: caſtitatem ſeruo: ob ídque in Theſmophoriis, Cereris ſacro caſtitatem ſeruantes mulieres eius folia ſibi ſubſternebant. Lectionem ſuperiorem primus animaduerti in Pandectis.

CAP. IIII.

IVlius Paulus lib. iij. recept. Senten. titu. ix. ita ſcribit, Auibus legatis, anſeres, phaſiani, gallinæ, & auiaria debebuntur. An autem phaſianarij, & paſtores anſerum? voluntatis quæſtio eſt. Poſtremorum verborum loco Tribunianus[a], & collegæ ita repoſuerunt, Non continentur: niſi id teſtator expreſſit. Exiſtimabant fortaſſe hu

a l. aui-bus. D. de leg. iij.

ſe huiuſmodi compoſitores iudices non rectè exploraturos teſtantis voluntatem, atque vſque eò immemores. Atqui voluntatis quæſtionem in æſtimatione iudicis eſſe diuus Alexãder reſcripſit[b]. Voluntatem æquitate tuebitur iudex: quà de re ſcribit M. Fabius[c]. Voluntas ex præcedentibus eluceſcet. Quæ cùm ita ſint, voluntati relinquendum erat, quod Paulus dixerat. Quinimò voluntatem teſtantium legi præferendam Vlpiani[d] ſententia compræhenſum ſcio. Ex eo, inquit, vino, quod in illo fundo naſcetur, hæres meus amphoras decem quotãnis in annos ſingulos dato. quo anno natum non fuiſſet, ex ſuperiore anno eius fundi eum numerum amphorarum hæredem daturũ Sabinus exiſtimat. quæ ſententia, ſi voluntas non aduerſetur, mihi quoque placet.

b l. voluntatis. C. de fideicõmiſ.

c lib. vij. cap. vij.

d l. ex eo. D. de trit. vino & ol.

CAP. V.

IMmutarunt etiam architecti eiusdem Pauli sententiam, quam transcripserunt ex lib.v. Sentent. tit.xij. & induxerunt, sustulerúntque, vocem, *in infinitum.* quod fieri non debuisse, ratio subiecta ostendit. Sic enim Paulus ait: Ei, qui aliquem à latrunculis, vel hostibus eripuit, in infinitum donare non prohibetur, si tamen donatio, & non merces eximij laboris appellanda est: quia contemplatione salutis certo modo æstimari non placuit. Huius loco ita reposuerunt compositores lib.xxxix.tit.v.cap.xxxiiij.[a] Si quis aliquem à latrunculis, vel hostibus eripuit, & aliquid ab eo, pro eo accipiat: hæc donatio irreuocabilis est: non enim merces eximij laboris appellanda est: quod contemplatione salutis certo modo æstimari non pla

[a] *l. si pater. §. fina. D. de don.*

placuit. Ratio à Paulo adsignata liquidò declarat vocem, *in infinitum*, deleri non debuisse: sed res temperatò accipiēda erat: non enim τὰ ἅπαντα in ereptorem conferenda sunt. Sed Pauli sententiam eò accipiendam putem, vt ei, qui ab hostibus, latrunculísve nos eripuit, mercedem dignam præstare, aut beneficij gratiam rependere nō possemus. Quo in genere ita scribit M. Cicero, In referēda gratia, si modò Hesiodo credamus, debemus imitari agros fertiles, qui plus multò adferunt, quàm acceperint. In infinitum donare igitur accipere debemus sine vlla rerum, temporísque præfinitione, sed non vsqueadeò, vt egeamus; aut vt quarta liberis à natura debita exhauriatur. Talis enim donatio ferenda non esset.

CAP. VI.

SI quis ex Codicibus tribus, Theodosiano, Gregoriano, & Hermogeniano, Nouellis Theodosij, Valentiani, Martiani, Maiorani, & Seueri transcriptas in Códicē Iustinianeum constitutiones collatis omnibus, perlustrauerit, inuersa permulta, detracta pleraque, interiecta quædam vel minimo negotio depræhēdet. Quod an necessarium, vtileve fuerit, tibi cōgitandum relinquo.

CAP. VII.

NEmo sanæ mentis negabit, quin titulorum de captiuis, & postliminio reuersis, & de re militari, ordo sit præposterus. Titulus enim de re militari, pręponi debuit titulo, de captiuis: cùm in conflictu, belloque, dumque cominus pugnatur, milites, vt pluri

plurimùm capi soleant; atq; ita fiunt captiui. Nec mouet, quòd in pace postliminium esse Pomponius[a] dixerit: & captiuos, & seruos dici eos, qui apud hostes non sunt, cæsseat: ars tamē imitatur naturā. Nam, vt ait Fabius lib. ij. ca. xvij. omnia, quæ ars consummauit, à natura initia duxerūt. Ipsam enim rerum matrem optimam appellauit M. Cicero Paradoxo i. Errari, ea duce optima, nullo modo posse idem lib. j. de legibus, tradit. Eius igitur ordo in omni disciplinarum genere & sequendus & obseruādus est. Bellum subsequitur captiuo: eo itaq; re ordine tractandæ res erant.

a. l. 5. de capti. D.

CAP. VIII.

QVum perpetuus orationis ductus, continuáque series intellectum facilem præbeat, res rectè, atque ordi

ordine tractandæ sunt: quod & Iurisc cõsultos præstitisse liquet. Caput itaque xxxij. titu.xiiij.[a] lib.ij. cap.xxij.[b] subiungi debuit: quod & res ipsa suadet: cùm etiam vtrunque Pauli sit. Et in rem, inquit, pacta omnibus prosunt; quorum obligationem dissolutam esse, eius, qui paciscebatur, interfuit. Itaque debitoris conuentio fideiussoribus proficiet. His subiiciẽdum erat ex eodem Paulo. Quod dictum est, si cum reo pactum sit, vt non petatur, fideiussori quoque competere exceptionem propter rei personam placuit, ne mandati iudicio conueniatur.

a l. quod dictum. D. de pact.
b l. & heredi. D. eo.

CAP. IX.

SIc cap.xlviij.[a] lib.ij.tit.xiiij. subnecti debuit cap.xliij.[b] eiusdem titu. & lib. etsi diuersorum sint Iuriscoss.

a l. traditionibus. D. de pact.
b l. in emptionibus. D. eod.

In em

In emptionibus, inquit Paulus, ſcimus quid præſtare vēditor [ſic enim legendum, non debitor, vt in P.Flo.] debeat quídque ex cōtrario emptor. Quòd ſi in contrahendo aliquid exceptū fuerit, id ſeruari debebit. Subiici ex Caio debuit, In traditionibus rerum quodcunque pactum ſit, id valere manifeſtum eſt. Quo in genere ita decemuirali lege cautum ſcio, *In contractibus ea præſtantor, quæ lingua nuncupata ſunt.* Hāc legem ad omne genus contractuum pertinere exiſtimo: ídque tradidi lib.iiij. veteris Iuriſprudentiæ, cap.xv.

CAP. X.

SI ſequēda eſſet Tribuniani, & collegarum digeſtio, optima ratione, imò neceſſariò cap. lix.[a] lib.ij. tit. xiiij. collocandum erat, poſt ϑεμ. ij. *a l. per quos. D. de pact.*

cap.

b l. & hæredi. §. filiafa. D. eo.

cap.xxj.[b] eiusdem lib. & tit. Sic enim scriptum est in d.cap.lix. Per quos acquiri nobis stipulatione potest, per eosdem etiam pactis conuentis meliorem conditionē nostram fieri posse placet. Porrò patri dominóve per filiumfa. aut seruū stipulatione quæri Vlpiani[c] verbis, sententiáque compræhensum est: cuius sentētiam probat Iustinianus lib.iij. Instit. titu.xx.[d] Quem Iustiniani locū, ita vertit eius interpres Theophilus, ἐάν τις ἐπερωτῷ ᾧ οὐκ ἦν ὑπεξούσιος ἐπερωτήσῃ ἀνισχύρως ἐπερωτᾷ.

c l. stipulatio ista. §. alteri. D. de verb. oblig.

d §. si quis. de inutil. stip.

CAP. XI.

a l. Imperator. de pactis. D.

b l. maiorem. D. eo.

SIc caput lx.[a] lib.ij. tit.xiiij. vt continua esset rerum series, subtexere debebant compositores ca.viij.[b] eiusdem libri & titu. etsi diuersorum sint Iuriscoss. Maiorem, ait Papinianus, esse partem pro modo debiti, nō pro

modo

modò personarum placuit. quòd si æquales sint in cumulo debiti, tunc plurium numerus creditorum præferendus est. in numero autem pari creditorum, autoritatem eius sequetur prætor, qui dignitate inter eos præcellit. Sin autem omnia in vnam æqualitatem concurrant: humanior sententia à prętore eligẽda est. hoc enim ex diui Marci rescripto colligi potest. Huic subnecti debuit Papyrij Iusti responsum: cuius hæc verba sunt; Imperator Antoninus Auidio Cassio rescripsit, Si creditores parati sint partem ex bonis, licet ab extraneo, consequi, rationem habendam priùs necessariarum personarum, si idoneæ sunt. Necessarias personas eas dici putant Accursius [c], & Baldus coniunctas: quorũ interpretatio recipi posse adfirmare ausim, qui significatus M.

c glos. d. l. Imperator.

 Cice

Ciceroni plurimus est. Necessarij à Græcis προσήκοντας adpellantur: quo verbo vtitur sæpe Solon apud Demosthenem, ἐὰν δὲ μὴ τὰ χρήματα τῶν ἀποθανόντων τοῖς προσήκουσι τοῦ ἀποθανόντος ἐπαγγέλειν.

CAP. XII.

SI quis Tribuniani, & collegarum architecturam perlustrauerit, centonas multis titulis consuisse eos potiùs, quàm ordine res tractasse dicet: quale videmus, & obseruamus in θεμ. v.[a] cap. xxj. tit. viij. debuit enim, vt res ipsa indicat, collocari post θεμ. j. cap. ij. eiusdem lib. & tit. θεμ. v. cap. xxj. vbi definitur plenũ compromissum, debuisset subiungi definitionibus arbitrij, & compromissi, si ab architectis omissæ nõ essent. Sed & versus θέματος plenum, cuius initium est, *Non debent autem*, subnectẽdum erat θεμ. ix. cap. xxj.

a l. quid tamen. §. Papinianus. de arbitr.

xxj. vbi de loco, in quo sisti iussum erat, edisseritur. Non debet pareri arbitri sententiæ, si alio, quàm conuentum sit, loco adesse litigatores iusserit. Sed nec illi parendũ, si in aliquem inhonestum locũ adesse præceperit, aut non tutum vtrique litigatorum.

CAP. XIII.

IVrisconsultorum verba in inscriptione tit.[a] iiij. li. xij. πανδέκτων à Triboniano, & collegis immutata scio: rationẽ non video. Sic enim legerant apud Iulium Paulum[b], In hac quæstione totus ob rem dati tractatus inspici potest. Sic ergo tractatus ille inscribendus erat, De condictione causa dati, causa non sequuta: quam lectionem videtur agnouisse Bartolus in Epitome ad cap. j.[c] lib. xij. Dati ob causam, causa sequuta, cessat repeti-

a de condict. caus. da. cau. non seq.

b l. 5. de præscr. ver. D.

c l. j. de condi. cau. da.

tio. Illius autē loco sic Tribunianum legisse argumento sunt Pandectę Florentinæ, & Archetypus; vbi sic legitur, De condictione causa data, causa non sequuta. Non enim causa datur, sed res ipsa spe causæ: quæ si sequuta non sit, id, quod ob rem datum est, condici posse sępissimè, & respōsum, & rescriptum est. Sed & ita legēdum suadet Celsus libr. iij. Digestorum [d], Dedi tibi pecuniā, vt mihi Stichum dares, vtrùm id contractus genus pro portione emptionis, & vēditionis est? an nulla hic alia obligatio, quàm ob rem dati, re non sequuta? Cùm caput j. [e] tit. v. lib. xiiij. Digest. titulorū, quod iussu, de in rem verso, & de peculio, summam, & velut scopum contineat, cur titulo, quod cum eo, cui non congruit, interiecerunt compositores, non video: negari enim non po test,

d l. fin. D. eod.

e l. j. D. quod cū eo.

poteſt,quin ad iam dictos titulos pertineat:quod & Caij text. docet. Quare poſt exercitoriam, inſtitoriam, & tributoriam primò collocandus erat titulus, quod iuſſu: deinde de in rem verſo,poſtremò velut ſubſidiarius, vt innuit Caius,de peculio.In ſitu igitur capitum, & titulorum erratum fuit.

CAP. XIIII.

IMmutarunt etiam idem Pauli reſponſum tranſcriptũ ex lib. lxxvij.[a] ad Edictum, vt titulis, quibus interiecerunt,cõgrueret. Nec arbitror Paulum ita in rebus diuerſis ſcripſiſſe. Vtrobique enim ſcriptum eſt, Si feriatis[b] diebus fuerit iudicatum, lege cautum eſt, ne his diebus iudiciũ ſit, niſi ex voluntate partium &c. Si feriatis diebus, cogente prætore, arbiter dicat ſententiam, & petatur ex

[a] l. ſi feriatis. D. de arbit. & l. ſi feriatis. D. de fer.

[b] l. ſi feriatis. de fer. D.

compromiſſo pœna, exceptionē locum non habere conſtat. Vtraq; ſpecies coniungi poterat, & titulo, de feriis, interiici, vbi propria ſedes, congruúsque ſitus. Quid? quòd diuerſa magis coniunxêre architecti, vt ſole clarius adparet iis, qui ius ciuile perluſtrarunt diligentiſſimis oculis.

CAP. XV.

a l.j. de ſeruit. tuu. ge.

MArcianus lib. iij. Regularū[a] ſcribit, Seruitutes aut perſonarum ſunt, vt vſus, & vſusfructus, aut rerū, vt ſeruitutes ruſticorum, & vrbanorum prædiorum. Titulo igitur generali, vt interpretes loquuntur, de ſeruitutibus ſubiiciendi erant tractatus ſeruitutum perſonarum, nempe de vſufructu, & vſu: deinde ſeruitutes rerum tractandæ erant vſus fructum vniuſcuiuſq; rei legari poſſe placuit,

ídque

ídque Paulus ait libr. iij. Sentent. recept. tit. viij. Rem quamlibet accipere debemus, cuius cõmercium eſt: quæve ſit in patrimonio noſtro: ídque Senatus cenſuit apud Vlpianum[b].

b l. j. D. de vſuf. earũ rer. quæ vſu conſ.

CAP. XVI.

INuerterunt compoſitores Impp. Valentin.[a] & Valentis verba, & eis more cothurni vſi ſunt: ſed quoquò ſe vertant reſcriptum ad titulum, de epiſcop. audien. nullo quidem modo pertinet: quod & à quibuſdam obſeruatum ſcio. Aiunt autem Impp. Negotiatores, ſi qui ad domum noſtram pertinent, ne commodum mercandi videantur excedere. quod ſubſequitur in eadem conſtitutione, initio illius non videtur aptè cohærere. Optimè autem in eandem rem recitatur conſtit. j.[b] lib. iiij. tit. lxiij.

a l. j. de epiſco. aud. & l. j. C. de commer. & mer.

b l. j. C. de commer. & mercat.

CAP. XVII.

REctè diximus architectos centonas consuisse: quale obseruaui in θεμ.[a] ij.iij.& 4.cap.xxxij.titu.viij. quæ cap.xvij.[b] eiusdem tit. & lib.interiici debuerant, vtpote, quæ de cogendo sententiam dicere arbitro loquātur. Porrò vbi semel suscepit quis arbitrium, eo perfungi,& sententiam dicere cogendum à Prætore Vlpianus[c] scribit.

a l. non distinguemus.de arbit.D.

b l.item si vnus. D. eod.

c l.iij.D. eod.

CAP. XVIII.

ACcisum negabit nemo Vlpiani responsum recitatum cap.xiiij.[a] titu.ij. lib.iiij. Sic enim illic ex Pedio refert, Pedius quoque lib.viij.scribit, arbitrium iudicis in restituenda re tale esse, vt eum quidem, qui vim admisit iubeat restituere; etiamsi ad alium res peruenit: eum autem *, ad

a l.item si. §. Pedius. D. quod met.caus.

* pro etiam, sumitur autem,

quem

quem res peruenit, etiamsi alius metum fecit. Nam in alterius premium, verti alienum metum non oportet. Adiicere ex Vlpiano debebât, Sed si res ab altero restituatur, vtrunque liberari magis est: quæ sententia accisa, vt æqua, ita necessaria est: alioquin bis idem exigeret is, cui metus illatus est: id quod bona fides non patitur, sicut in ea re testis est Caius[b]. Nec subleuari possunt schemate; quod Græcis dicitur ἀνταπόδοτον, vel ἀνανταπόδοτον. id enim exprimi debuerat, vt Vlpianus more suo loqueretur. Subauditi enim intellectus periculosissimi sunt, & ad diuersa rapiuntur.

b L. bonæ de reg. iur. D.

CAP. XIX.

GVlielmus Budæus Græcarum, & Romanarum rerum peritissimus adnotauit truncata, mutiláue esse ca-

a l. Cicero. de pœn. D.
b l. ij. D. de nundi.

xxxix.[a] lib. xlviij. tit. xix. & cap.[b] ij. tit. xj. lib. 50. quorum illud ex M. Ciceronis oratione. hoc ex Platonis lib. ij. περὶ τῆς πολιτείας, ait supplendum. Huc enim verba vtriusque transcribere nimis longum esset. Optima autem ratione, quæ partum medicamẽtis abegerat, rei capitalis dãnata fuit. nam (vt ait Cicero in eadẽ oratione) spem parentis, memoriam nominis, subsidium generis, hæredem familiæ sustulit. Quod ait M. Cicero ad eas, quæ puerulos statim vbi enati sunt, iugulant, produci potest: hócque iure vtimur: huiusmodi enim miserrimas mulierculas furcis figi videmus passim.

CAP. XX.

a l. j. de dolo. D.

LAbeonis apud Vlpianum[a], dolum definientis verba immutauit Tribunianus. Nam cùm Seruius

dolum malum definiisset, machinationem quandam alterius decipiendi causa, cùm aliud simulatur, & aliud agitur. hancque definitionē probasset Iulius Paulus lib. j. receptarum sententiarum, tit. viij. verisimile non est Labeonem voluisse repræhendere Seruium, atq; ideo præceptorem huius C. Aquilium: cuius verba recitat M. Cicero lib. iij. Officiorum. Quod igitur Labeoni adscribunt, Tribuniani, & collegarum esse adfirmare ausim: sicut & alia permulta passim in Pandectis, quæ Iustinianeo nomine circunferuntur.

CAP. XXI.

Nouum ius edidisse, nouè, inquā, decreuisse iactat se Iustinianus[a] veterum voluminum corrector, non semel nouari obligationes, nec posse,

a l. fin. C. de nouat. et §. pe. quib. mod. toll. oblig.

nec debere; nisi specialiter remiserint &c. Idem prædixerat Iulius Paulus lib. xlvj. tit. ij. cap. xxix.[b] in hæc verba, Aliam causam esse nouationis voluntariæ, aliam iudicij accepti multa exempla ostendũt. Perit priuilegium dotis & tutelæ, si post diuortium dos in stipulationem deducatur, vel post pubertatem tutelæ actio nouetur, si id specialiter actum est. Nec mouet, quod de dote & tutela dixerit Paulus: nam & ad omnem aliam obligationem hoc produci argumento erit titulus, de nouationibus, secundum quem leges illæ interiectæ, accipiendæ sunt[c]. & exemplis regulas non restringi proditum scio.

b l. aliam. D. de nouat.

c l. Imperator. D. de in diem addict.

CAP. XXII.

ACcursius[a] antiquus iuris interpres rectã Papiniani lectionem à Tri

a glossa l. denique. D. ex quib. can. maio.

à Tribuniano immutatã sensisse visus est, cùm possessionem, id est, vsucapionem explicuit. Sic autẽ scriptum est, Deniq; si emptor priusquàm per vsum sibi acquireret, ab hostibus captus sit, placet interruptam possessionem &c. Sic legisse, vt sequitur, Papinianum subsequentia verba ostendunt manifestò, Placet interruptam vsucapionem: postliminio non restitui: quia hæc sine possessione non consistit.

CAP. XXIII.

Eleganti Vlpiani respõso hæc de suo adiecit Tribunianus[a] θεμ. viij. cap. j. lib. iij. tit. j. *Quas sub titulo, de in integrum restitut. exequemur*; & pòst paulò, *de quibus personis sub titulo, de in ius vocando*, &c. Caput j. lib. xxx.[b] Pandect. non Vlpiani, sed Iustiniani esse

a l.j.§.an autem. D. de postul.

b l.j. de lega.j. D.

esse aio:falsa est igitur eius capitis inscriptio.Sed de his aliquando edissere-
e l.j.de interrog.act. D.
remus θ3μ.[c] quoque j.cap.j.lib.xj.tituli Tribuniani non est, Callistrati esse Hotomanus admonet ad Cicer. pro Cæcinna.

CAP. XXIIII.

SCio multa à librario antiquo Pandectis Florentinis interiecisse superuacaneè,quæ suis locis in enchiridica πανδεκτῶν editione indicabimus, duce Deo.Ea autem his asteriscis * * inclusa sunt in editione Florentina: quæ omnia ex vulgatioribus Codicibus ab illo antiquo librario desumpta superfluere depræhendent,vel minimo negotio, qui vetustorum scribendi modum perelegantem obseruauerint. Illud intereà admoneamus vocem, legatario,frustrà ab antiquo

libra

librario Vlpiani [a] reſponſo his aſteriſcis * * interiectam: cùm verſus, ſed ſi ei, eiuſdem reſponſi, & ad eum, cui legauerat argentarius, & ad eum, cui viuus donarat, referri poſſit. Meritò igitur ea vox ab Vlpiano adiecta non fuit. Loci præterea, qui in Pandectis Florentinis (quas autographo ex fide collatas aiunt) his notis *) interclufi ſuſpicione non carentes, non niſi illorum, ex quibus decerpti ſunt, librorum opera reſtitui poſſunt: ſed quia maiorum inuidia perierunt, ad Pandectas Græcas perfugiendū. Mutilorum illorum locorum, & truncatorum reſtitutio, quantum ſit vtilis, & neceſſaria, nouerunt, qui iura ciuilia publicè profitentur, & explicant. Nouerunt & vniuerſa rerum publicarum genera: hoc efflagitant iuris ciuilis ſtudioſi, vt nihil, quod ad eius cogni

[a] l. quædam. §. j. verſ. ſed ſi ei. D. de eden.

cognitionem pertinet, desiderent.

CAP. XXV.

a l.fi. D. de eo, quod cert.loc.
b l.centū. D.eod.
c d.l. centum.
d in d. l. centum.
e l.fi.supr. alleg.
f l.is, qui certò. D. eod.
g l.j. D. eod.

CAp.x.[a] lib.xiij.tit.iiij.statim post cap.viij.[b] collocandum suadebat speciei ferè eiusdem productio, & extēsio. Non quòd Paulus Africani responsum explicet, vt censuit Bartolus[c], sed quia speciem Africano positam extendit, & producit. Nam Africanus [d] loquitur de fideiussore accepto, in ipso statim initio stipulationis. Iulius verò Paulus[e] de fideiussore accepto post moram solutionis Capuæ faciendæ. Coniungenda igitur erant hæc capita: neque interiici debuit Vlpiani responsum[f]: sed aptè subiici poterat capiti j. eiusdem libri, & tit. Nam cùm ita scripserat Caius[g], Alio loco, quàm in quē sibi dari quisque stipulatus esset, non videbatur

agen

agendi facultas competere, &c. Adiici ex Vlpiano debebât hæc verba[b], Is, qui certo loco dare promittit, nullo alio loco, quàm in quo promisit soluere, inuito stipulatore potest. Rationi enim consentaneũ est, vt quod in stipulatore dictũ est, idem in promissore obseruari: vt æqualitati locus sit. Hinc dicebat Euripides,

τὸ γὰρ ἴσον νομίμον ἀνθρώποις ἔφυ.

Ratio, quàm proximè adsignaui etsi non verbis legis Soloniæ, sententia tamen & mente probari posse videtur. Ait enim lex, ἐυθύναν ἑτέρους ἀξιῶν διδόναι, καὶ αὐτὸς ὑπέχε.

b d. l. n, qui.

CAP. XXVI.

SVnt, qui putent initium cap. xxv.[a] ad θεμ. πρώτον, tit. ij. lib. xix. τῶν πανδ. non Caij Iuriscos. sed compositorum esse, cùm eadem reperiantur verba in Iusti

a l. si merces. statim post princ. vers. sin autem. D. loc.

tio. Illius autẽ loco ſic Tribunianum legiſſe argumento ſunt Pandectę Florentinæ, & Archetypus; vbi ſic legitur, De condictione cauſa data, cauſa non ſequuta. Non enim cauſa datur, ſed res ipſa ſpe cauſæ: quæ ſi ſequuta non ſit; id, quod ob rem datum eſt, condici poſſe ſępiſſimè, & reſpõſum, & reſcriptum eſt. Sed & ita legẽdum ſuadet Celſus libr. iij. Digeſtorum [d], Dedi tibi pecuniã, vt mihi Stichum dares, vtrùm id contractus genus pro portione emptionis, & vẽditionis eſt? an nulla hic alia obligatio, quàm ob rem dati, re non ſequuta? Cùm caput j. [e] tit. v. lib. xiiij. Digeſt. titulorũ; quod iuſſu, de in rem verſo, & de peculio, ſummam, & velut ſcopum contineat; cur titulo, quod cum eo, cui non congruit, interiecerunt compoſitores, non video: negari enim non po teſt,

d l. fin. D. eod.

e l. j. D. quod cũ eo.

potest,quin ad iam dictos titulos pertineat:quod & Caij text. docet.Quare post exercitoriam, institoriam, & tributoriam primò collocandus erat titulus, quod iussu: deinde de in rem verso,postremò velut subsidiarius, vt innuit Caius,de peculio.In situ igitur capitum, & titulorum erratum fuit.

CAP. XIIII.

IMmutarunt etiam idem Pauli responsum transcriptũ ex lib. lxxvij.[a] ad Edictum, vt titulis, quibus interiecerunt,cõgrueret.Nec arbitror Paulum ita in rebus diuersis scripsisse. Vtrobique enim scriptum est, Si feriatis[b] diebus fuerit iudicatum, lege cautum est, ne his diebus iudiciũ sit, nisi ex voluntate partium &c. Si feriatis diebus, cogente prætore, arbiter dicat sententiam, & petatur ex

[a] l. si feriatis. D. de arbit. & l. si feriatis. D. de fer.

[b] l. si feriatis. de fer. D.

compromiſſo pœna, exceptionē locum non habere conſtat. Vtraq; ſpecies coniungi poterat, & titulo, de feriis, interiici, vbi propria ſedes, congruúsque ſitus. Quid? quòd diuerſa magis coniunxêre architecti, vt ſole clarius adparet iis, qui ius ciuile perluſtrarunt diligentiſſimis oculis.

CAP. XV.

a l.j.de ſeruit.titu.ge.

MArcianus lib.iij. Regularū a ſcribit, Seruitutes aut perſonarum ſunt, vt vſus, & vſusfructus, aut rerū, vt ſeruitutes ruſticorum, & vrbanorum prædiorum. Titulo igitur generali, vt interpretes loquuntur, de ſeruitutibus ſubiiciendi erant tractatus ſeruitutum perſonarum, nempe de vſufructu, & vſu: deinde ſeruitutes rerum tractandæ erant vſus fructum vniuſcuiuſq; rei legari poſſe placuit,

ídque

ídque Paulus ait libr. iij. Sentent. recept.tit.viij.Rem quamlibet accipere debemus,cuius cõmercium eſt: quæve ſit in patrimonio noſtro:ídque Senatus cenſuit apud Vlpianum[b].

b l.j.D. de vſuſ. earũ rer.quæ vſu conſ.

CAP. XVI.

INuerterunt compoſitores Impp. Valentin.[a] & Valentis verba, & eis more cothurni vſi ſunt: ſed quoquò ſe vertant reſcriptum ad titulum, de epiſcop.audien.nullo quidem modo pertinet:quod & à quibuſdam obſeruatum ſcio. Aiunt autem Impp. Negotiatores,ſi qui ad domum noſtram pertinent, ne commodum mercandi videantur excedere. quod ſubſequitur in eadem conſtitutione, initio illius non videtur aptè cohærere. Optimè autem in eandem rem recitatur conſtit.j.[b] lib.iiij.tit.lxiij.

a l.j. de epiſco. aud. & l.j.C.de commer.& mer.

b l.j.C.de commer.& mercat.

CAP. XVII.

REctè diximus architectos centonas consuisse: quale obseruaui in θεμ.[a] ij.iij.& 4.cap.xxxij.titu.viij. quæ cap.xvij.[b] eiusdem tit. & lib. interiici debuerant, vtpote, quæ de cogendo sententiam dicere arbitro loquãtur. Porrò vbi semel suscepit quis arbitrium, eo perfungi, & sententiam dicere cogendum à Prætore Vlpianus[c] scribit.

a l. non distinguemus. de arbit. D.
b l. item si vnius. D. eod.
c l. iij. D. eod.

CAP. XVIII.

ACcisum negabit nemo Vlpiani responsum recitatum cap. xiiij.[a] titu. ij. lib. iiij. Sic enim illic ex Pedio refert, Pedius quoque lib. viij. scribit, arbitrium iudicis in restituenda re tale esse, vt eum quidem, qui vim admisit iubeat restituere; etiamsi ad alium res peruenit: eum autem *, ad quem

a l. item si. §. Pedius. D. quod met. caus.
* pro etiam; sumitur autem.

quem res peruenit, etiamsi alius metum fecit. Nam in alterius premium, verti alienum metum non oportet. Adiicere ex Vlpiano debebãt, Sed si res ab altero restituatur, vtrunque liberari magis est: quæ sententia accisa, vt æqua, ita necessaria est: alioquin bis idem exigeret is, cui metus illatus est: id quod bona fides non pãtitur, sicut in ea re testis est Caius[b]. Nec subleuari possunt schemate, quod Græcis dicitur ἀντεπόδοσιν, vel ἀνταπόδοσιν. id enim exprimi debuerat, vt Vlpianus more suo loqueretur. Subauditi enim intellectus periculosissimi sunt, & ad diuersa rapiuntur.

b l. bona. de reg. iur. D.

CAP. XIX.

GVlielmus Budæus Græcarum, & Romanarum rerum peritissimus adnotauit truncata, mutiláve esse ca-

a l. Cicero. de pœn. D.
b l. ij. D. de nundi.

xxxix. [a] lib. xlviij. tit. xix. & cap. [b] ij. tit. xj. lib. 50. quorum illud ex M. Ciceronis oratione: hoc ex Platonis lib. ij. περὶ τῆς πολιτείας, ait supplendum. Huc enim verba vtriusque transcribere nimis longum esset. Optima autem ratione, quæ partum medicamẽtis abegerat, rei capitalis dãnata fuit. nam (vt ait Cicero in eadẽ oratione) spem parentis, memoriam nominis, subsidium generis, hæredem familiæ sustulit. Quod ait M. Cicero ad eas, quæ puerulos statim vbi enati sunt, iugulant, produci potest: hócque iure vtimur: huiusmodi enim miserrimas mulierculas furcis figi videmus passim.

CAP. XX.

a l. j. de dolo. D.

LAbeonis apud Vlpianum [a], dolum definientis verba immutauit Tribunianus. Nam cùm Seruius dolum

dolum malum definiisset, machinationem quandam alterius decipiendi causa, cùm aliud simulatur, & aliud agitur. hancque definitionẽ probasset Iulius Paulus lib. j. receptarum sententiarum, tit. viij. verisimile non est Labeonem voluisse repræhendere Seruium, atq; ideo præceptorem huius C. Aquilium: cuius verba recitat M. Cicero lib. iij. Officiorum. Quod igitur Labeoni adscribunt, Tribuniani, & collegarum esse adfirmare ausim: sicut & alia permulta passim in Pandectis, quæ Iustinianeo nomine circumferuntur.

CAP. XXI.

NOuum ius edidisse, nouè, inquã, decreuisse iactat se Iustinianus[a] veterum voluminum corrector, non semel nouari obligationes, nec posse,

[a] l. fin. C. de nouat. et §. pe. quib. mod. toll. oblig.

nec debere: nisi specialiter remiserint &c. Idem prædixerat Iulius Paulus lib. xlvj. tit. ij. cap. xxix.[b] in hæc verba, Aliam causam esse nouationis voluntariæ, aliam iudicij accepti multa exempla ostendũt. Perit priuilegium dotis & tutelæ, si post diuortium dos in stipulationem deducatur, vel post pubertatem tutelæ actio nouetur, si id specialiter actum est. Nec mouet, quod de dote & tutela dixerit Paulus: nam & ad omnem aliam obligationem hoc produci argumento erit titulus, de nouationibus, secundum quem leges illæ interiectæ, accipiendæ sunt[c]. & exemplis regulas non restringi proditum scio.

b l. aliam. D. de nouat.

c l. Imperator. D. de in diem addict.

CAP. XXII.

Accursius[a] antiquus iuris interpres rectã Papiniani lectionem à Tri

a glossa l. demumq; D. ex quib. cau. maio.

à Tribuniano immutatã sensisse visus est, cùm possessionem, id est, vsucapionem explicuit. Sic autẽ scriptum est, Deniq; si emptor priusquàm per vsum sibi acquireret, ab hostibus captus sit, placet interruptam possessionem &c. Sic legisse, vt sequitur, Papinianum subsequentia verba ostendunt manifestò, Placet interruptam vsuscapionem: postliminio non restitui: quia hæc sine possessione non consistit.

CAP. XXIII.

Eleganti Vlpiani respõso hæc de suo adiecit Tribunianus,[a] θεμ. viij. cap. j. lib. iij. tit. j. *Quas sub titulo, de in integrum restitut. exequemur*: & pòst paulò, *de quibus personis sub titulo, de in ius vocando*, &c. Caput j. lib. xxx.[b] Pandect. non Vlpiani, sed Iustiniani esse

a l.j.§.an autem. D. de postul.

b l.j.de legat.j.D.

esse aio: falsa est igitur eius capitis inscriptio. Sed de his aliquando edisseremus θεμ.[c] quoque j. cap. j. lib. xj. tituli Tribuniani non est, Callistrati esse Hotomanus admonet ad Cicer. pro Cæcinna.

[c] l. j. de interrog. act. D.

CAP. XXIIII.

SCio multa à librario antiquo Pandectis Florentinis interiecisse superuacaneè, quæ suis locis in enchiridica πανδεκτῶν editione indicabimus, duce Deo. Ea autem his asteriscis * * inclusa sunt in editione Florentina: quæ omnia ex vulgatioribus Codicibus ab illo antiquo librario desumpta superfluere depræhendent, vel minimo negotio, qui vetustorum scribendi modum perelegantem obseruauerint. Illud intereà admoneamus vocem, legatario, frustrà ab antiquo

libra

librario Vlpiani [a] responso his asteriscis * * interiectam: cùm versus, sed si ei, eiusdem responsi, & ad eum, cui legauerat argentarius, & ad eum, cui viuus donarat, referri possit. Meritò igitur ea vox ab Vlpiano adiecta non fuit. Loci prætereà, qui in Pandectis Florentinis (quas autographo ex fide collatas aiunt) his notis *) interclusi suspicione non carentes, non nisi illorum, ex quibus decerpti sunt, librorum opera restitui possunt: sed quia maiorum inuidia perierunt, ad Pandectas Græcas perfugiendũ. Mutilorum illorum locorum, & truncatorum restitutio, quantum sit vtilis, & necessaria, nouerunt, qui iura ciuilia publicè profitentur, & explicant. Nouerunt & vniuersa rerum publicarum genera: hoc efflagitant iuris ciuilis studiosi, vt nihil, quod ad eius cogni

[a] l. quædam. §. j. vers. sed si ei. D. de eden.

agendi facultas competere, &c. Adiici ex Vlpiano debebāt hæc verba[b], Is, qui certo loco dare promittit, nullo alio loco, quàm in quo promisit soluere, inuito stipulatore potest. Rationi enim consentaneū est, vt quod in stipulatore dictū est, idem in promissore obseruari: vt æqualitati locus sit. Hinc dicebat Euripides,

τὸ γὰρ ἴσον νομίμον ἀνθρώποις ἔφυ.

Ratio, quàm proximè adsignaui etsi non verbis legis Soloniæ, sententia tamen & mente probari posse videtur. Ait enim lex, ἐνθύναν ἑτέρους ἀξιῶν διδόναι, καὶ αὐτὸς ὑπέχε.

[b] d. l. ii, qui.

CAP. XXVI.

SVnt, qui putent initium cap. xxv.[a] ad θεμ. πρώτον, tit. ij. lib. xix, τῶν πανδ. non Caij Iuriscos. sed compositorum esse, cùm eadem reperiantur verba in Iusti

[a] l. si merces. statim post princ. vers. sin autem. D. loc.

[b] l.fin.C. de contrah. empt. Iustiniani, constitut. xv.[b] tit. xxxviij. lib. Cod. iiij. Equidem Caij verba esse adfirmare ausim; sed ab architectis inuersa, immutatáve, nempe mercede in pretium, & locatione in venditionem, vt quodlibet caput suo titulo congrueret. Sic autem scripserat Caius, Si merces promissa sit generaliter alieno arbitrio, locatio, & conductio contrahi non videtur. Subiecisse deinde Caium verisimile mihi fit. Sin autem, quanti Titius æstimauerit, sub hac conditione stare locationem, vt siquidem ipse, qui nominatus est, &c. Porrò, quod de locatione, & conductione cautũ erat, ad emptionem & venditionem producere, optima ratione potuit Iustinianus ex eiusdem Caij sententia[c], ac mente.

[c] l. ij. D. loca.

CAP.

CAP. XXVII.

QVa ratione legum capita congruis titulis interiici debent, vt & ipſe Iuſtinianus[a] teſtis eſt, eadem congruo legis capiti, & θεματιὸν quodlibet: cùm igitur de quantitate coaceruata modum iuriſdictionis excedente cap. xj.[b] tit. j. lib. ij. πανδέκτ. ediſſeratur: déque eàdem re diſputet verſus, cuius initium eſt, quoties ca. xix.[c] eiuſdem lib. & titu. non cap. xix. ſed cap. illi xj. ſubiici aptiùs debuit hac inſcriptione præſcripta. Item ait Vlpianus, Quoties &c. Caput enim xix. diſputat de puella, quæ litigans condemnata fuerat, poſteáq; in manum viri cõuenerat: ſic enim ibi lego non matrimonium. ídque ſuprà hoc ipſo lib. cap. ij. docui.

a §. quibus. j. conſtit. C.

b l. ſi idẽ. D. de iuriſdict.

c l. cum quedam. D. eod.

CAP. XXVIII.


RAtioni, artíve cõſentaneum eſt, vt regulæ proximè ſubiiciatur reſtrictio. Θέμα igitur iiij.[a] ca. xxxiiij. tit. j. lib. xviij. ſtatim poſt caput xvj.[b] eiuſdem titu. & lib. collocari debuit. Suæ rei, inquit Pomponius, non valet emptio, ſiue ſciens, ſiue ignorãs emit. Sed ſi ignorans emi, quod ſoluero, repetere potero: quia nulla fuit obligatio. Nec tamen emptioni obſtat ſi in ea re vſusfructus duntaxat, emẽtis ſit. Subiici debuit ex Paulo, Planè rei ſuę emptio tunc valet, cùm ab initio agatur, vt poſſeſſionem, quam fortè venditor habuit: & in iudicio poſſeſſionis pòtior eſſet. ídq; Paulus lib. xxxiij. ad Edictum ſcribit. Diſſecari non debuit Marciani reſpõſum, vt variis factum eſt locis[c], cùm potiùs iungenda eſſent, & titulo de condictione indebi

a l. ſi in emptione. §. rei ſuæ. D. de contrah. emp.

b l. ſuæ rei. D. eo.

c l. xx. §. ſi. de cond. indeb. & l. xxv. de preſcrip. verb.

debiti, interiicienda. Θεμάτων j. c.xxv. de præſcript. verbis, non ad titulum illum, ſed ad condictionis indebiti tractationem pertinere eius verba liquidò demonſtrant: quod nemo, opinor, negabit.



CAP. XXIX.

IVlius Paulus lib. iiij. πάνδεκτῶν, θεμ. xv. cap. xxxij. titu. viij.[a] ita ſcripſiſſe fertur, Quæſitum eſt de ſententia dicenda: & dictum, non quamlibet: licet de quibuſdam (malim à quibuſdam) variatum ſit: & puto non verè committi, ſi dicat ad iudicem de hoc eundum, vel ſe, vel alium: in ſe, vel in alium compromittendum. Hunc locum ſi quis propius inſpexerit, mutilum, & acciſum, iudicio quidẽ meo, depræhendet: quæ res in varios ſenſus traxit interpretes. Truncationem

[a] l. non diſtinguemus. §. quæſitum. D. de recep. arb.

autem hanc detegit verbum, com-
mitti, quod ad membrum proximè superiorem referri non poteſt. quod & ſequentia, & Accurſianum gloſſema indicant ad verbum, committi.

CAP. XXX.

NEgationis detractio in ſuperiùs citato themate xv. in varias lectiones rapuit emendatores. Sic autem legendum eſt, Quòd ſi hoc modo dixerit, vt arbitrio Publij Mæuij fundus traderetur, aut ſatiſdatio detur parendum non*eſſe. Idem Pedius probat. Quæ ſubiacet ratio, oſtendit negationem deſiderari. Ne (inquit Iuriſcos.) propagentur arbitria: aut in alios interdum inimicos agētium transferantur. Sua ſententia finem, eum imponere oportet. Quæ illic ſubſequuntur, & duplari effectu, &

* *hæc negatio deeſt in Pandec. Flor.*

Tri

Tribuniani,& collegarum eſſe adfirmare auſim:cuius rei argumento erit verbum,delegari: quod Pauli ſeculo non accipiebatur, eo, quo hîc,ſignificatu.

CAP. XXXI.

MIrum videri,& poteſt,& debet, cur partem Digeſtorum ſecundam,*de iudicijs,*inſcripſerint architecti, quam ad teſtamenta inofficioſa hæreditatum, petitionem, rei vindicationẽ,&c.pertinere voluerint:cum depoſitum,mandatum,emptio,venditio, iudicia, dici cœpta ſint à Scæuola[a], & I.Paulo[b], & aliis[c]. Sed & partem tertiam,*de rebus*, inſcripſerunt, cùm illam, quam *iudicia* appellarũt, actiones in rem contineat, & explicet. Iudiciũ variè accipi non ignoro, quod & adnotauit Accurſius[d].Quòd

a l.Quintus. D.depoſi.
b l.ſi ſacculũ.§.fin. D.eod.
c l. cum duobus. §. j. D. pro ſoc.
d gloſ. §. præterea. Inſti. quib. nõ eſt permiſſ. fac. teſt.

si ad *θέσιν* disceptationẽ legitimam actoris,& rei,& ordinem discutiendę causæ retulerimus,inscriptio hæc,*iudicia*,ad primum tãtùm titulum pertinebit. Quòd si pro actione ipsa acceperimus,necessariò fateri cogemur articulum illum, *iudiciorum*, ad partem illam,quæ *de rebus*, inscripta est, pertinere.Sed hæc aliquando.

CAP. XXXII.

IVrisperitorum neminem ambigere puto, quin cap.lxvij.[a] tit.j.lib.v. non ad titulum, de iudiciis, sed ad eum,qui de manumissionibus,inscriptus est, pertineat:cui rei argumento est res ipsa. Dissecuerunt autem compositores idem Vlpiani respõsum ex lib. vj. Disputationum. Porrò cap. illud lxvij.interiiciendum erat ca.iiij.[b] lib.xl. tit. vt & verba indicant. Dissectum

a l.qui se. de iudi. D.

b l.4,qui. de manumiss.

ctum quoque immutarunt, illíq; adiecerunt. Quòd si compulsionem manumittendi ad iudicia pertinere dixeris, hoc ad effectum sententiarum potius referendum adstruam: verius tamen erit manumissionibus intercludere: ídque illi cap. iiij. potissimum, vt cap. lxvij. de iudiciis sit. σεμ. j. cap. iiij. superiùs citati.

CAP. XXXIII.

POmponij non inelegãtia scripta immutarunt iuris nostri compositores, quale videmus in cap. xxxiij.[a] lib. xviij. tit. j. Cùm in lege (inquit Iuriscos.) venditionis ita sit scriptum, *Flumina, stillicidia, vti nunc sunt, vt ita sint.* nec additur, quæ flumina, vel stillicidia, primũ spectari oportet, quid actum sit, si id non adpareat, tunc id accipitur, quod venditori nocet. am-

a l. cùm in lege. D. de contrahen. empt.

bigua enim oratio eſt. Hæc verba ita immutarunt. Architecti πανδέκτῶν in cap. xxiij.[b] lib. viij. titu. ij. vt diuerſis congruerent titulis. Si ſeruitus impoſita ſit, lumina, quæ nunc ſunt, vt ita ſint. De futuris luminibus nihil caueri videtur. Quòd ſi ita cautum ſit, ne luminibus officiatur, ambigua eſt ſcriptura, vtrúmne his luminibus officiatur, an etiam iis, quæ poſtea quoque fuerint, & humanius eſt verbo, generali, omne lumen ſignificari: ſiue quod in præſenti, ſiue quod poſt tempus conuentionis cõtigerit. Sum in ea ſententia, vt quod vno ductu à Pomponio ſcriptum erat, diſſecari & inuerti non debuerat, ſed, vt erat tractatui vrbanorum prædiorum interiiciendum, vt res ipſa docet: ídq; congruè effectũ fuiſſet. Nec dubito, quin hęc verba, *Si ſeruitus impoſita ſit*, compoſi

[b] *l. ſi ſeruitus. D. de ſerui. vrb. præd.*

positorum sint, eò adiecta, vt titulo congrueret caput.

CAP. XXXIIII.

ACcisis connumerabimus c.xiij.[a] θεμ.j.lib.ix.D.quo loco sic Iuliani locum transcripserunt compositores iuris Ciuilis. Iulianus scribit, si homo liber mihi seruiat, ipsum lege Aquilia mihi teneri.Equidē hęc verba à Saluio Iuliano interiecta putē, *Isq; damnum iniuria dederit*. atq; ideo hîc desiderari,argumento erit, quod Vlpianus[b] scribit, Magistratùs, inquit, municipales dānum iniuria dederint &c.Sed & argumēto erāt multa eiusdē tractationis capita. Quòd si antapodoto figura id suppressum elegantiùs dixeris, obtrudam Vlpianum omnia, quæ rem apertiùs illustrant,exprimentem,atque in subau-

[a] l. liber. j.§.j.ad legem Aquil.

[b] l.quemadmodũ.§. magistratus. D.eod. titul.

ditis intellectibus rarum, siue aliena, siue sua referat. Existimo itaque fragmētum hoc, aut à compositoribus, aut antiquo librario prætermissum.

CAP. XXXV.

TRuncata à compositoribus iuris ciuilis Vlpiani scripta nemo, opinor, negabit in cap. xv.[a] lib. xij. titu. j. Nam cùm dixisset singularia quædā recepta circa pecuniam creditā, duo tantùm ex his relata sunt. Nam, inquit, si tibi debitorem meum iussero dare pecuniam, obligaris mihi. Sed hoc singulare repetitur, atq; ideo duplatur lib. xvij.[b] tit. j. cap. xxxiiij. Subiiciunt aliud singulare, vt cùm ex causa mandati &c. Concisionē hanc sentientes Accursius, & Bartolus ad illud xv. alia singularia connumerant. His adiicere aliud ex Africano[c] lib. viij.

a l. singularia. D. si cert. pet.

b l. qui negotia. vers. itē quod si. D. manda.

c d. l. qui negotia.

viij. Digestorum, potuit. Quòd si pecuniam, ait, apud te depositam conuenerit, vt creditam habeas, credita fiat. Hæc ab Vlpiano non prætermissa, sed à compositoribus concisa puto. Non enim solet Vlpianus, si quæ ad rem pertineant, omittere. Vides ergo quid, quantúmq; adiumenti hac in re adtulerint Accursius & Bartolus. Non igitur supprimenda, extinguendáque eorum gloria, quod quidam monosyllabi facere conantur. Egere nos Bartoli opera rectè censuit Alciatus[d] aduersus Bartoli mastigum sententiam. Labefactare nituntur, quod non intelligunt.

Nam & canes ignotis adlatrant.

d l. fi. D. de verb. signific.

IVR



IVRISPRVDENTIAE MEDIAE

LIBER IIII.

SENTENTIARVM,

CAPVT I.



ESPONSORVM, constitutionúmq; κωλύσεις à Tribuniano, & collegis excogitata effecit, vt æquissima veterũ scripta in diuersos sensus, reíq; dissentaneos ab interpretibus pertracta, raptáve sint: sed eò illos impulit rerum & bonarum literarum, antiquíve iuris ignoratio. Ad institutum deue

deueniamus. Scæuola [a] respondit solere eos, qui iuri dicũdo præsunt, tueri aquæductus, quibus autoritatem vetustas daret, tametsi ius non probaretur. Bartolus ignoratione verbi, autoritatem, putat accipiendum hoc responsum eo, qui subsequitur, modo. Consuetudo dat iurisdictionem contentiosam, & tunc expone, quibus, scilicet iudicibus. Et sic est casus, quo consuetudo dat iurisdictionem contentiosam, & concordat C. de diuer. offic. l. viros. lib. xij. Hactenus Bartolus. Hoc tamen à sentẽtia, & mente Scæuolæ, tam alienum est, quàm quod maximè: & (vt Aristophanici Chremilli verbis vtar)

[a] l. fi. D. de aq. plu. arcen.

ὀυκ ἐσθ᾽ ὅπως ὁ χρησμὸς εἰς τουτὶ ῥέπει.

Significantiùs igitur respondere non potuit Scæuola noster, id moris iudicibus inualuisse, vt aquæductus lõgo

vsu

vſu quæſitos tuerentur. Huius rei rationem adfert Vlpianus[b], Si tamen lex agri non inueniatur, vetuſtatem vicem legis* tenere. Scæuolæ ſententiam probat Vlpianus[c] in hæc verba, Si quis diuturno vſu, & longa quaſi poſſeſſione, ius aquæ ducendæ nactus ſit, non eſt ei neceſſe docere de iure, quo aqua cõſtituta eſt. Autoritatem autem apud Scæuolam accipere debemus, non iuriſdictionem, vt exiſtimauit Bartolus, ſed eo ſignificatu, quo vſi ſunt Decemuiri in xij. Tab. *Vſus & autoritas fundi biennium eſto.* Autoritatem igitur vſucapionem, καὶ ἐπίληψιν aptiſſimè interpretabimur. Legum capita titulis ſuis congruere debere Iuſtinianus[d] conſtituit. Reſponſum igitur Scæuolæ, non de iuriſdictione, ſed de aqua, & aquæductu accipi debet: cùm & vox, quibus, non

b l.j.§.fi. D.eod.

* hoc eſt, pacti.

c l.ſi quis diuturno. D.ſi ſerui. vend.

d §. quibus. in j. conſtit.C.

non ad eos, qui iuri dicundo pręſunt, ſed ad autoritatem referri debeat; vtpote ad proximam. Non enim ſuffragio, aut cõſuetudine iuriſdictionem concedi Iuſtiniani[e] nouella conſtitutione expreſſum eſt: ταῦτα ἅπαντα καθ' ἑαυτοὺς βουλευσάμενοι κἀνταῦθα κοινωνὸν τοῦ βουλεύματος παραλαβόντες τὴν ἐκ θεοῦ δεδομένην ἡμῖν εὐσεβεστάτην σύνοικον, καὶ τῇ σῇ γε ὑπεροχῇ τὸ πρᾶγμα κοινωσάμενοι, καί τι καὶ παρὰ τῆς σῆς λαβόντες βουλῆς, ἐπὶ τόνδε θεῖον ἐληλύθαμεν νόμον δι' οὗ θεσπίζομεν μήτε ἀνθυπατείαν μηδεμίαν, μηδὲ τὴν μέχρι νῦν καλουμένην βικαρίαν, μήτε τὴν κόμητα τῆς ἑῴας, μήτε ἄλλην οἱανοῦν ἀρχὴν, μήτε ὑπατικὴν μήτε ἡγεμονικὴν, ἃς δὴ κονσουλαρίους τε καὶ κορρηκτωρείας καλοῦσιν (ὧν τινῶν ῥητῶς μέμνηται ἡ ὑποκειμένη τῷδε ἡμῶν τῷ θείῳ νόμῳ ἀπογραφὴ, ἃς δὴ καὶ μόνας ὑπὸ τοῦδε τοῦ νόμου ἄγομεν) δίδοναι τὸ ſuffragiον μήτε ὑπὲρ τῆς ἀρχῆς τῆς οἱανοῦν δόσιν, μηδὲ ἄρχοντι μηδενὶ, μηδὲ τῶν περὶ τὰς ἀρχάς τινι, μηδὲ

e Conſtitut. n.

μηδὲ ἑτέρῳ προσώπῳ, κατὰ πρόφασιν προστασίας· ἀλλὰ προῖκα μὲν κομίζεσθαι τὰς ἀρχάς, μέτρια δὲ παρέχειν προφάσει τῶν ὑπὲρ ἑκάστης διδομένων συμβόλων τε καὶ καρτῶν. καὶ γὰρ δὴ καὶ ὑπεθείκαμεν ἀπογραφὴν τῷδε τῷ θείῳ ἡμῶν νόμῳ δηλοῦσαν τί προσῆκον ἐστὶν ἑκάστην ἀρχὴν παρέχειν, ἢ εἰς τὸ θεῖον ἡμῶν laterculον, ἢ εἰς τὸ δικαστήριον τῆς ὑπεροχῆς προφάσει κωδικέλλων, ἢ συμβόλων, ἢ πραγμάτων. ὥστε ἐκεινότε συνεστάλθαι καὶ μὴ παρέχειν αὐτῷ μεγάλην αἴσθησιν. & hoc iure vtimur. Quid? quod à principe impetrari oportebat, vt de iure populo reſpondere liceret, ſicut in ea re teſtis eſt Pōponius[f]. Nec moueor cōſtitutione Theodoſiana[g], cui perſpectæ facilis eſt reſponſio. Magiſter enim militū vir illuſtris primùm à principe creatus, & pręfectus vi ſuę poteſtatis collatæ conſuetudine longi temporis limitaneos, caſtríſq; præpoſitos conueniebat, & coram ſe adeſſe

[f] l. ij. de ori. iur. D.

[g] l. viros. de diuerſ. offic. lib. 12. C.

esse iubebat, non quòd consuetudo iurisdictionem daret, sed quia longo tēpore, iure illo vsus fuerat ante magistrum militum: quasi quodam praeiudicio, & (vt pontificij loqui adsolent) praeuentione in duobus iudicibus aequam in eundem potestatem habentibus.

CAP. II.

Eleganter Vlpianus[a] scribit, Si cùm dotem daret pater, vel extraneus pro muliere, in vnum casum pepigit, vel in diuortium, vel in mortem, dicendum est in eum casum, in quem non pepigit, mulieri esse actionem. Sunt qui in hac facti specie stipulationem interuenisse censuerint: alij pactionem nudam. His connumeratur Bartolus[b]. Vtriusque sententiae ducem fuisse Accursium[c] liquidò

a l. si cùm dotem. D. sol. mat.

b in d. l. si cùm dotē.

c gl. mag. d. l. si cùm dotem.

constat. Verius existimo neutram intercessisse, sed causam subesse, reíque interuentum effecisse, vt pactio nuda non sit: id quod verbo, daret, manifestissimè ostēditur. Dominium enim transferre in accipientem significat: quod & Iustinianus probat lib. iiij. Institutionū[d]. Quo significatu etiam Terentius vti visus est,

[d] §. sic itaque. de actionib.

Datur modò: fruere, dum licet.

Cùm igitur subest causa, pactionem nudam non esse idem Vlpianus[e] censuit. Stipulatos autem dotem, nec patrem, nec extraneū constat ex verbo, pepigit. pactionis siquidem nota est: nec pro stipulatione vllus accepit.

[e] L. iurisgentiū. D. de pact.

CAP. III.

PActus, inquit Iulius Paulus[a], ne peteret, posteà conuenit, vt peteret prius pactum, per posterius elidetur:

[a] l. si vnus. §. pactus. D. de pact.

tur:non quidem ipſo iure, ſicut tollitur ſtipulatio per ſtipulationẽ, ſi hoc actũ eſt: quia ſtipulationibus ius continetur: in pactis factum verſatur: & ideo replicatione exceptio elidetur. Vdalrichus Zaſius lib. j. Reſponſorũ, cap. v. priorem pactionem apud Paulum ita elidi, id eſt, extingui, & perimi arbitratur, vt nullæ ſuperſint eius reliquiæ: & adfert illud Vergilianum lib. viij. Aeneid.

Hic iuuenum chorus, ille ſenum: qui carmine laudes
Herculeas, & facta ferant, vt prima nouercæ
Monſtra manu, geminóſque premens eliſerit angues.

Et illud Tranquilli in Cæſare. Sæpe præ turba eliſi, & exanimati ſunt. In eadem quoque ſententia fuit Fortunius Garſias[b]. Equidem neq; Zaſio,

b in repe. d. §. pactus.

neque Fortunio adſentio: aióque pactum prius in Pauli ſpecie, nõ omnino tolli, ſed inutile & inefficax effici, quod & ipſe Paulus docet his verbis, *Non quidem ipſo iure*, & illis, *Replicatione exceptio elidetur*. Nec verbo, elidere, ſubſiſtimus: in varios enim fertur ſignificatus, cuius loco Græci habent ſuum ἐκθλίβειν: vtrunque autem ſignificat adtero, diſſipo, occido, exprimo, excludo, emitto, premendo, elicio. Plautus in Rudẽte, Iubeo oculos elidere.

CAP. IIII.

a l.j. D. de iudic.

APud Vlpianũ [a] in hæc verba ſcriptum ſcio, Si ſe ſubiiciant aliqui iuriſdictioni, & conſentiant inter conſentientes cuiuſuis iudicis, qui tribunali præeſt, vel aliã iuriſdictionem habet, iuriſdictio eſt. Bartolus [b] ſequu

b d.l.j.

sequutus Innocentium, Angel. Imola[c], & Curtius[d], & quidam Tolosas, hunc locum interpretati sunt, Si se subiiciant, & consentiant, hoc est, si se subiiciendo consentiant: quasi, vt ipsi aiunt, Vlpiani hæc sententia sit, vt prorogationi iurisdictionis tacitum consensum sufficere velit schemate endiadi vsus: quale est illud Vergilianum,

--Pateris libabat & auro,

hoc est, pateris aureis. & illud,

--Chalyben, frænósque momordit,

hoc est, Chalybeos frænos. Ego hac in re specialem voluntatem interuenire debere, nominatímque in eum, qui tribunali præest, consentire oportere litigaturos verius existimo: quod & Vlpiani verba ipsa ostendunt, & consentiant, inquit. Vbi autem lex consensum exigit tacitum non suffi-

c l. quæro. D. de solut.
d d. l. j.

cere communi calculo, proditum, receptúmque ſcio. cuius rei argumento eſt, quod decreuerunt pontifices[e], Iudex extra territorium ſiſtere, adeſſéq; litigatores iubere non poteſt, niſi expreſſus eorũ conſenſus acceſſerit. Qui itaque alienam iuriſdictionem ſubeunt, expreſſim eos conſentire oportere verius eſt. Sed & expreſſum conſenſum exigi ſubiecta ex eodem Vlpiano[f] verba declarant. Conſenſiſſe autem videntur, qui ſciunt ſe non eſſe ſubiectos iuriſdictioni eius, & in eum conſentiant. Et, conſentiant, ideo adiecit, vt oſtéderet expreſſim eos conſentire oportere: alioquin fruſtrà adieciſſet: cùm ſatis ſupérque fuiſſet dixiſſe, conſenſiſſe auté videntur &c. Noſtrámque autem ſententiam confirmat Accurſius variis exemplis[g].

e c. ſtatutum. §. in nullo. de reſcrip. in vj. & alibi.

f l. ij. D. de iudi.

g gloſſ. in l. filiusfam. §. inuitus. D. de procurat.

CAP. V.

DIuus Gordianus Cælio militi in hæc verba reſcripſit, Si pacto, quo[a] pœnam aduerſarium tuum promiſiſſe proponis, ſi placito non ſtetiſſet, ſtipulatio ſubiecta eſt ex ſtipulatu agens, vel id, quod in conuentionem deuenerat, vt fiat, conſequeris, vel pœnam ſtipulatione compræhenſam more iudiciorum exiges. Nam bona aduerſarij tui in te transferri citra ſolennem ordinem fruſtra deprecaris. Accurſius & ſequiores interpretes in ea ſunt ſententia, vt huiuſmodi ſpecies ad permutationem tãtùm pertineat. Ego verò factum in ſtipulationem deueniſſe exiſtimo: idq; verba reſcripti, vt fiat, declarant: quod & verbo, ex ſtipulatu oſtendi argumento eſt, quod & ait Vlpianus[b], Qui id, quod in faciendo, aut non faciendo,

[a] l. ſi pacto. C. de pact.

[b] l. vbi autem. §. quid id quod. D. de ver. obl.

ſtipulatur, incertum ſtipulatur: In faciendo, veluti foſſam fodi, domum ædificari, vacuam poſſeſſionē tradi.

CAP. VI.

COmmunis interpretum ſchola, tutoris dationem miſti eſſe imperij: in quam ſententiam Accurſius, & Bart.[a] iuerũt. Non poſſum non mirari tantam interpretum multitudinem non expendiſſe Vlpiani[b] ita ſcribentis verba, Tutoris datio neq; imperij eſt, neque iuriſdictionis, ſed ei ſoli cõpetit, cui nominatim hoc dedit vel lex, vel Senatuſconſultum, vel princeps. Quid hoc reſpõſo apertius? an ſignificãtius efferri potuit nullius imperij eſſe? Principiò tutoris datio meri imperij non eſt. Non enim eſt poteſtas animaduertendi in facinoroſos homines. Sed nec miſti quidem eſt,

a in l. j. D. de iuriſdict.

b l. muto. §. tutoris. de tute. D.

est, cùm nec ei iurisdictio inest, nec in danda bonorum possessione consistit. Neutrius igitur imperij est. Imperium enim in duo genera distribuit Vlpianus[c]. Imperiū, inquit, aut merum, aut mistum est. Merum imperium est habere gladij potestatem ad animaduertendum in facinorosos homines, quod etiam potestas appellatur. Mistum est imperium, cui iurisdictio inest, quod in dāda bonorum possessione consistit. Iurisdictio est etiam iudicis dandi licentia. Neutra imperij species, tutoris dationi conuenit. consequēs est igitur, vt falsum sit interpretum pronuntiatum. quod duabus rationibus adstruebat Accursius[d], quod tutoris datio mādari non posset; cùm mistum imperium mandari non posset. Tutorem dandi ius mādari non posse fateor: quod & Vl-

c l. iij. D. de iurisdic.

d d. §. tutoris.

e l. viij. D. de tut. & cur. dat. ab. pianus[e] probat. at falsum est, quod dixerat Accursius mistum imperium mandari non posse. Nam, vt ait Iulius Paulus[f], imperium, quod iurisdictioni cohæret, mandata iurisdictione transire verius est. Aliam Accursij rationem prætereo, vtpote, quæ risu explodenda sit.

f l. j. §. fi. D. de offic. eius, cui. & l. fi. D. eod.

CAP. VII.

VAriis iuris ciuilis partibus adnotauêre interpretes legatũ, quem ipsi delegatum vocitant, ius mulctas indicendi, aut sufficiendi, aut, vt ipsi loquuntur, subdelegandi non habere. Hoc adstruunt Accursius, & Bartolus[a], & sequaces. In ea quoque sententia est Alciatus[b]. Ego, pace tantorum virorum dixerim, legatum mulctis adficere posse, ídque Vlpianus[c] scribit: quod & Iustiniani[d] constitu-

a l. iij. D. de iurisdi.
b d. l. iij.
c l. aliud. §. item. D. de ver. sig.
d l. fi. C. de sportul.

tione

tione probatum ſcio. Omnibus iudicibus licentiam præſtamus, ſiue iis, quibus à noſtro numine lites mandantur, illuſtribus, vel ſpectabilibus, vel clariſſimis, vel togatis fori cuiuſcunque præfecturæ, vel aliis quibuſque, vel iis, qui ex noſtris iudicibus delegandas* lites accipiunt, executores, ſi ceſſauerint cauſas eis inſtructas offerre, & remouere ab executione eos, & alios idoneos ſupponere, vel etiam mulctis adficere. Hactenus ille. Quandoquidem iuriſdictionem ſine modica coërcitione nullã eſſe Paulus[e] ait. Hoc igitur ius, mandata iuriſdictione, tranſire verius eſt. Sed & hoc iure vtimur. Legatum ſibi ſufficere quem poſſe, &, vt interpretum verbis vtar, ſubdelegare Paulus[f] tradit. Is quoque, cui mãdata eſt iuriſdictio iudicem dare poteſt. Et

* fortaſſis, delegatas

e l. fi. in fi. D. de offic. eius, cui.

f l. cùm prætor. §. is quoque. de iudic.

ἄπα

ἁπαξαπλῶς, legatum omnia, quæ ad iuriſdictionem pertinēt, actitare poſſe reſcripſerunt Imperatores[g]. Reliquum eſt, vt contrà ſentientium ſententiā, & argumenta diluamus, poſtquàm noſtra confirmauimus. Aiunt legatum mulctandi ius non habere confirmari, hoc poſſe autumant ex Vlpiani[h] ſententia. Omnibus, inquit, magiſtratibus, non tamen duumuiris ſecundum ius poteſtatis ſuæ conceſſum eſt iuriſdictionem ſuam defendere pœnali iudicio. Idem iuris legatis competere non negat: nec poteſt ſumi argumentum à contrario ſenſu: cùm contrarium iure cautum ſuperiùs liquidò docuerimus. Hác etiā ratione diluimus citatum ab eis Arcadij, & Honorij reſcriptum[i]. Negant præterea legatū ſufficiendi ſubſtituendíve ius habere: ídq; adſtruunt

g l.fi.C.de offic. eius, qui vic.

h l. vnica. D. ſi quis ius dicen.

i l.fin. in princi.C.de mod.mulct.

Iulia

Iuliani reſponſo [k]. More, inquit, maiorum ita comparatum eſt, vt is demum iuriſdictionem mandare poſſit, qui eam ſuo iure, non alieno haberet. Reſponſum hoc conciſiùs iuſtò exſcripſiſſe Tribunianum, & collegas argumento ſunt, quæ extant in rem eandē reſpōſa. Sed hæc aliquando, Deo duce, fuſiùs explicabimus.

k *l. more. D. de iuriſdict.*

CAP. VIII.

NIhil magis iuri conſentaneū eſt, quàm æqualitas, & ęquitas, cùm & ipſum ſit ars boni, & æqui. Aequalitas enim vtrinque amplectenda eſt: quibus adductus non poſſum non in admirationem ferri, quo ratione læſo (ſic enim ipſi loquuntur) non niſi vltra dimidiā iuſti pretij ſubueniendum cenſuerint interpretes, quibus connumerantur Bartol. Baldus, Calderi

derinus, & sequiores, & ex recentioribus quidam. Itaq; obtinuit iniquissima illa sententia, vt moribus recepta sit: eóque iure præduro vtuntur pragmatici: hócq; diuorum Dioclet. & Max. Impp. rescripto [a] contineri aiunt. Equidem æquitatem introspiciens, si res minoris, quàm ipsa sit, æstimatúrve, væneat, venditionẽ rescindi, per in integrum restitutionẽ, aut iustum pretium suppleri, eligente emptore, & veriùs, & æquiùs putarim. Quę sentẽtia diui Gordiani constit.[b] iuuatur. Sed & in hæc verba rescripserunt Diocletianus, & Maximianus, In bonæ fidei iudiciis[c], quod inæqualiter esse constiterit, in melius reformabitur. Alioquin emptor aliena iactura locupletaretur: quod iuri diuino, & naturæ [d] reclamaret: ideóque iniquum esset. Atquin tantum restituit

a l. ij. C. de rescind. vend.

b l. iij. de iur. fisc. lib. 10. C.

c l. iij. C. cõm. vtriusque iudic.

d l. nã hoc natura. D. de condict. indeb.

tuit restitutio, quantū abstulit læsio, quod & interpretes iactitant, & verissimū est. Restitutio enim, vt ait Paulus[e], ita facienda est, vt vnusquisque integrum ius suum recipiat. Quòd si interpretum sensui relictus esset locus, principum rescribentium, quod deest iusto pretio, suppleri, constitutio sibi ex diametro repugnaret, & nequitiæ cederet æquitas: nec probat illa constitutio interpretum conclusionem, nisi argumento à contrario sensu: cui locus non est, si contrà cautum sit[f]: hácque ratione diluitur eorundem principum[g] constitutio.

e l. quòd si minor. §. restitutio. D. de minorib.

f l. ij. & ibi Docto. C. de cond. insert.

g l. si voluntate. in fi. C. eod.

CAP. IX.

IMperator Alexander A. Tulliæ in hæc verba rescripsit, Age cum Geminiano, quod pater eius curator tibi datus negotia tua gesserit, & si apud iudicem negabit se hac actione

tene

teneri, quoniam transactio, & Aquiliana stipulatio interposita est, iudex contemplatione iudicij, quod bonæ fidei est, quæret: de quãta pecunia nominatim transactum sit: & si apparuerit, de minori transactum: quantam pecuniam reliquam ex administratione curæ deberi probatum fuerit, soluere eum iubebit, quòd non in stipulationem Aquilianam obligationis, iure tantum deductũ est, quanta erat quantitas pecuniæ, quæ debebatur. D. prid. Id. Aug. &c. Accursius[a] in hunc intellectum rapuit hanc constitutionem hoc modo, Debebat ducenta, & petiit centũ, & de his transegit. Subiungit deinde diuisionem: & sic sensum alium, Aut generalis petitio & transactio, generalis deinde transactio facta, Aut generalis petitio, & de specie trãsactum est. Quasi verò

[a] glos. in l. age. C. de transact. in verb. nominatim.

verò petitionem ſubſequuta ſit trãſactio, quod minime verum eſt: atque ideo ab Andræa Alciato [b] improbatum, qui vtrunque intellectum iungit, vt petitio generalis fuerit: & deinde in proſecutione cauſę certa quãtitas prætenſa. atqui libello compræhenſa deminuta non fuiſſe, actionive derogatum minimè conſtat hoc reſcripto: ſed nec mente, nec verbis continetur. Ideóque hæc ſenſa (pace tamen tantorum virorum dictum velim) probare non poſſum. Quod igitur hoc in genere ſentiam ſubiicere veritus non ero, vtárque illo Vergiliano lib. xj. Aeneid.

[b] in d. l. age.

Nunc adeò quæ ſit dubiæ ſententia mẽti.
Et paucis (animos adhibete) docebo.

Quum apud Alexandrum Imp. aduerſus Geminianum curatoris ſui filium quereretur Tullia, reſcriptum

eſt Geminianum negotiorum geſtorum actione conueniendum, ídque ex verbis, *hac actione* &c. liquet. Is, ſi negauerit ſe negotiorum geſtorum conueniri debere, quòd de adminiſtratione tranſactum eſſet, interpoſita Aquiliana ſtipulatione, Iudex (cui libera eſt poteſtas in bonæ fidei iudiciis: cuius generis eſt negot. geſtorum actio ex bono & æquo æſtimandi, vt Iuſtinianus[c] & Iulius Paulus[d] referũt) interrogabit ex officio de quanta pecunia, quatenúsq; nominatim tranſactum eſt. Quòd ſi in minus, quàm eſſent negotia geſta à Geminiani patre compererit, reliquum pecuniæ ex adminiſtratione curæ debitæ exolui iubebit. Actio igitur negotiorum geſtorum per Aquilianã ſtipulationem ſublata, extinctáve non erat. alioquin non dixiſſet Imperator, hac actione tene

c §. in bonæ fidei. de actio.
d l. quia tantũdem. D. de neg. geſt.

teneri &c. Nec recipi posse videtur Alciati intellectus existimãtis in prosecutione causæ minus, quàm initiò petitum. Nam vltra id, quod in iudicium deductũ est, excedi iudicis potestatem nõ posse Iauolenus[e] scripsit. Atqui præter transacta, exolui iubet in hac specie. Petita ergo fuit pecunia omnis ex curæ administratione profecta: ídque à curatoris filio, qui rectè conueniri potuit, vt constitutum[f] est.

e l. vt fundus. D. commu. diuid.

f l. curatoris. C. de negot. gest.

CAP. X.

CVm seruitutum tractatum perlustrassem, incidi in epitome Iauoleni cap. xix.[a] lib. viij. titu. j. Digestorum. Quo loco Florentiæ sic legitur, Ei fundo, quem quis vendat, seruitutem imponi, etsi non vtilis sit, posse existimo, veluti si aquam alicui

a l. penul. D. de seruit. tit. gen.

[dedere] ducere non expediret, nihilominus constitui ea seruitus posſit, quædam enim debere habere posſumus, quamuis ea nobis vtilia non ſint. Vox [dedere] in vulgaribus exēplaribus deſideratur, atque ab iis, qui Labeonis & Iauoleni ſententiā ignorabant, expuncta fuit. Equidem, reſtituto vno elementulo, neceſſariam eſſe illam vocem, &, debere, legendum cenſeo: quod & vltima illius capitis verba liquidò oſtēdunt, vt ſit ſenſus. Quædā neceſſario habere poſſumus, quæ nobis vtilia non ſunt.

CAP. XI.

RES non exacto judicio expenſæ, græciſmi, & antiquitatis ignoratio varias lectiones pepererunt in libris Pādectarum, ſeu Digeſtarum ex veteri iure collectis: quale animaduerti

uerti in cap.xxij.[a]lib.ix.tit.ij.Item,ait Vlpianus, si tectori locaueris lacum vino plenum curandum, & ille eum pertudit,vt vinum sit effusum,Labeo scribit in factum agendum. Florentiæ tectori legitur; quod verbum rei propositæ minimè congruit, restituto tamen elementulo veritati proximè accedit,nēpe,n,loco,r. Hunc autem errorem aut ex inscitia antiqui librarij,aut temporis iniuria dimanasse puto, vt ille,r, loco, n; reposuerit: hoc dimidiam alterius semilineæ,n, cortoserit: quod verisimile mihi fit. G.Budæus hunc locum emendare se credens legit Vietori,citátque in eam rem Pompeium,Varronem,Aeliúmque: quod non placet: nec sententiæ Labeonis, aut Vlpiani cōuenit.Quid enim si lapidei sunt lacus: lapidea enim & saxea pertundi, & perforari

[a] l.si servus. §.fin. D. ad leg. Aquil.

possunt. Lucretius lib. 4.

Nónne vides etiã guttas in saxa cadẽtes,
Humoris longo in spatio pertũdere saxa?

Equidem tectoni legendum & puto, & censeo: quam lectionem agnouisse visus est Azo noster, qui tectori explicat opifici. Nam & verbis Græcis Latinè scriptis vsi sunt Iurisconsulti veteres. τέκτων autẽ redditur opifex: hoc nomen lapidariis, & lignariis Fabris commune Sudas indicat. Tectonũn commeminit Iulius Pollux lib. j. multísque aliis locis. Similis error est in cap. lij.[b] lib. ix. tit. ij. Digest. vbi r, pro, n, repositum est, quod & G. Budæus Grę carum rerum peritus, primus animaduertit, qui loco, dolor, quale est in Pandectis Florentinis, dolon legit. Est autem, inquit, dolon flagellum, intra cuius virgã latet pugio. Sic ante eum legerat Philippus Beroaldus. qua voce

[b] l. si ex plagis. in prin. D. ad leg. Aquil.

voce vſus eſt Vergilius lib.vij. Aenei.

Pila manu, ſæuóſque gerunt in bella dolones:
Et tereti pugnant mucrone, verúque Sabello.

Sic &, re non animaduerſa, Vlpiani[c] locum varij variè legerunt: quia parùi refert, inquit, nauem immittendo, aut ſeruaculum ad nauem ducendo, an tua manu damnum dederis. Sunt, qui legant ſerraculum, alij ferraculũ, alij gubernaculum, alij verriculum. Equidem lenunculum adfirmare auſim legẽdum, cuius rei me admonuit Marcellus eum nauigiũ piſcatorium definiens, citátque in eam rem Saluſtium. Hoc ſuadet corruptũ verbum in P.Flo. ſeruaculum adfinitate caracterũ. Hoc ſuadet & ipſa res. Tectoni igitur, & lenunculum legendum primus animaduerti. In conſtitutione[d]

c l. quemadmodum. §. ſi nauis. D. eod. tit.

d l. ij. §. ſed cùm omnia. C. de veter. iur. enucl.

quòque latina, quæ de confirmatione Digeſtorum inſcripta eſt falſò in vulgari, & Florentinis, ſeditioſo, pro otioſo, id eſt, ſuperfluo, legitur, vt ex eadem conſtitutione adparet: ſic & paulò poſt inſidiis, vitioſè legitur. quo loco emendatior eſt Gręca conſtitutio, quæ habet, καὶ τῶν ἐν τούτοις ἐγκακουργόντων &c.

CAP. XII.

Mirari ſatis nequeo, cur iuris ciuilis compoſitores librum xiij. Digeſtorum ſuorum à condictione furtiua inceperint, cùm ad cōdictionem ob rem pertineret: cui rei argumento eſt condictio triticaria, quæ generalis eſt. Aptiùs igitur à titulo, *De eo, quod certo loco* &c. initium libri xiij. ducere, opinor, debuerant. Sed hæc aliquando.

CAP.

CAP. XIII.

QVi celerrimè, aut etiã cunctanter ſcribunt, aut excipiunt, plerunq; voces quaſdam omittũt, quod & ſæpiſſimè vſu venit: quale in antiquo librario, καὶ τῶν πανδέκτων ſcriptore in cap.v.[a] θεμ. vj. lib.xiij. tit.vj. animaduerti: quo loco omiſſio verbi, ſcribi, quoſdam interpretes in varias lectiones minimè rei congruẽtes pertraxit. Nam pro chirographum, alij chirographarium, alij chirographo dubitantes legunt, ac reponunt. vox autem ſcriptum ibidem paulò pòſt ſubiecta, réſque ipſa ſuadent legendum hoc modo. Denique ait, tibi Codicem meum commodauero, & in eo chirographum ſcribi, debitorémque tuum cauere feceris &c. Niſi dixeris ita interpungendo, & eo chirographum, debitorẽ tuum &c. ſupprimi,

[a] l. ſi vt certo. §. quinimo. verſi. denique. D. commo.

& ſubaudiri per eclipſin verbum,ſcri bi,eadem ratione, qua & verba dico, puto, cēſco, volo apud T.Linacrum: ſed tutius eſt exprimere: quod & ab Vlpiano, de more, factum exiſtimo. Non tamen nego, quin infinitiuus eleganter ſupprimatur:íſque loquendi modus veteribus Iuriſconſultis familiaris fuit.

Ad eruditiſs. virum Fr.Grolierium cauſarum patronum v c.Iuriſconſultum.

Conſeruans hominum vitam, ſanctiſsima rerum
Lex fuit in pretio, inclyta nata Iouis.
Unde nec immeritò legum præcelſa poteſtas,
Ampláq; maieſtas vim tenet imperij.
Legibus ergo ſacris parendum. nam quid in orbe
Terrarum peruaſto aptius eſſe poteſt?

Ad generoſum virum Henricum de Gabiano.

Excipias mediã νομικὴν, Henrice, labores
Pardulphíque tui dexteriore manu
In medias doctorũ turbas (crede) libellus
Ibit perſpectæ teſtis amicitiæ.

ἡ ἀρετὴ τῶν πόνων κελλική.



CATAPO-DISMΩN

LIBRI II.

PARDULPHO PRATEIO I C. Augustobuconiate autore.



ACROSANCTISſima iura, quî in vniuerſum tradenda eſſent, lib.iij. mediæ Iuriſprudentiæ, cap.j. ex veteribus iuris autoribus docuimus, qua ſint tituli, tractatúsve ſinguli tractandi, & explicãdi ratione exẽplis, partim ex Digeſtis, partim ex Codice Iuſtinianeo tranſcriptis aperiamus. Quo

Quo in genere formã ab Vlpiano, Iulióq; Paulo prȩſcriptã obſeruauimus. Ille enim partitione rhetorica vſus de noui operis nũtiatione hoc ordine dictur ũ ſe pollicetur[a]. De cauſis nuntiationis, quæ perſonæ nuntient, quibus nũtietur, in quibus locis fiat nuntiatio, & quis huius effectus. Paulus quoq; de vſuſcapione diſputaturus, hac via progreditur[b], Quis poteſt vſucapere, quas res, & quanto tempore. Hanc docendi iuris rationẽ ſequutus eſt Azo in eo, quẽ, Summa, inſcripſit libro. At Tribunianus, & collegæ expeditiſſimam Iuriſconſultorũ methodum confuderũt eorum ſcripta velut centonas aſſuentes. Sed ad inſtitutum deueniamus. Scio Iuſtinianũ multa conſtitutionibus ſuis emendaſſe: quȩ ideo huc nolui adferre: quòd eæ paſſim tum Græcè, tum Latinè extent.

a l.j.§.9. D. de oper. no. nunt.

b l.iij. D. de vſuſcap.

CATAPODISMΩN
LIBER I.
EX PANDECTIS.
In titulum, De in ius vocando.
CATAPODISMVS. I.

Capita summa.

j. In ius vocandi prohibitio.
ij. Quo in ius vocandum loco.
iij. Vocantium prohibitos pœna.

Capitis primi articuli.

j. Poteſtas patris. ij. manumiſſio. iij. Magiſtratus. iiij. religio. v. funus. vj. alieni iuris ſubiectio. vij. ætas. viij. cauſæ aliæ.

Articulus j.



ARENTES in ius vocari apud Vlpianum[a] vetat Prætor: cuius ſententiam principum reſcripto[b] probatam

a l. iiij. §. j. D. de in ius voc.
b l. iij. C. eod.

batam ſcio: ídque ob reuerentiam parentibus ſeruandam: quod & Paulus ait. Parentes enim reuereri lege Solonis apud Stobæum iubemur, γονεῖς αἰδοῦ. & ait Poëta,

βούλου γονεῖς πρὸ παντὸς ἐν τιμαῖς ἔχειν.

Idem etiam præcepit Deus æternus opt. max. Moſe interprete[a], Sed & ideo patrem in ius vocare prohibetur filius, quòd inter eos lis[b] nulla eſſe poſſit. Parentes autē vtriuſq; ſexus accipi debere Vlpianus ait[c]. Nam idem iuris in matre, quod in patre obſeruandum iubet conſtitutio[d]. Sed & in infinitum acccipiendos parentes Caius Caſſius apud Vlpianum[e] verius exiſtimat. Parentes quoque naturales in ea cauſa ſunt, vt vocari non poſſint, ſicut in ea re teſtis eſt Paulus[f]. Sed nec vulgò quæſitus matrem in ius vocabit: quod Vlpiano[g] placuit. Ad patrem

a Exo. 20. Deuter. 6.

b l. iiij. D. de iudic.

c l. iiij. D. de in ius voc.

d l. iij. C. eod.

e l. iiij. de in ius voc. D.

f l. parentes. D. eod.

g d. l. iiij. in fi.

trem quoque adoptiuũ edictum Prętoris pertinere idẽ Vlpianus[a] ait, Generaliter eas personas, quibus reuerentia præstanda est, sine prætoris iussu in ius vocari non posse, H. Modestinus[b] rectè putat. Planè emancipatum, venia edicti petita, permissúque Prætoris in ius vocare non prohiberi constitutum[c] scio. Sed hoc, causa cognita, recipiendum putem. quod & Vlpianus[d] probat. Ob castrẽse etiam peculium patrem in ius, permittente prætore, vocari posse Caij[e] sententia compræhensum scio.

a l. adoptiuũ. D. eod.
b l. generaliter. D. eod.
c l. iij. C. eod.
d l. sed si hac. §. prætor. D. eod.
e l. lis nulla. D. de iudic.

Articulus ij.

Patronum, patronam, liberos, parentes patroni, in ius vocari sine permissu suo apud Vlpianum vetat Prætor[f]: ídq; & diuus Gordianus[g] rescripsit. Patroni accipiendi sunt, qui ex seruitute manumiserunt, vel si collusiones

f l. iiij. D. de in ius voc.
g l. ij. C. eo.

ſiones detexerunt, vel ſi quis præiudicio pronuntiatus eſt patronus, vel ſi iurauit eum libertum ſuum eſſe. Patronus quoque eſt, etiam qui capite minutus eſt[a]. Qui ex cauſa fideicommiſſi manumiſit, in ea cauſa eſt, vt in ius vocari non debeat, etſi vt manumittat, in ius vocetur, vt Paulus[b] ait. Sed ſi ad iuſiurandum adegi, ne vxorem ducat, néve nubat, impunè in ius vocabor. Ex cauſa quoque etiam famoſa patronum vocari poſſe Vlpianus[c] ſcribit. Liberos ſecũdum Caium Caſſium etiam, vt in parẽtibus etiam vltra trinepotem accipi hoc loco debere idẽ Vlpianus[d] refert. Liberorum enim appellatione, nepotes, pronepotes, cæteríque, qui ex eis deſcendunt, contineri Calliſtratus[e] ſcribit. Diuerſum ius eſſe Vlpianus ſcribit ibidem, ſi liberi patroni capitis accuſauerunt

a l. ſed ſi hac. §. patronum. D. eod.

b l. is quoque. D. eo.

c d. l. ſed ſi. §. prætor ait.

d d. l. ſed ſi. §. liberos.

e l. liberorum. D. de verb. ſign.

libertum patronũ, vel in ſeruitutem petierunt. Sed nec libertus à patrono reus conſtitutus, qui ſe defendere paratus pro tribunali præſidem prouinciæ frequenter interpellat patronum accuſatorem in ius vocare eum non videri Papinianus[a] reſpondit: cuius ſententia ad varias ſpecies produci poteſt. Sicut bonis moribus conuenit reuerentiã manumiſſoris vxori præberi, ita re exigente, in ius eam ſine prætoris permiſſu vocari prohibitum eſſe diuus Alexander[b] conſtituit. Sanè tutorẽ pupilli nomine patronam ſine prætoris permiſſu in ius vocare poſſe à Iulio Paulo[c] reſponſum eſt.

a l. libertus.j. D.de in ius voc.
b l.j. C.eo.
c l.quæſitum. D.eo.

Articuli reliqui.

Conſulem, præfectum, prætorem, proconſulem, magiſtratus imperium habentes, pontificem ſacra facientẽ, eos, qui ſe propter loci religionẽ inde ſe mo

ſe mouere nó poſſunt, eum, qui equo publico in cauſa publica tranſuehitur, qui vxorem ducit, quæ've nubit, iudicem, dum de re cognoſcit, eum, qui apud Prætorem cauſam agit, funus ducentem, iuſtáve mortuo facientem, eum, qui cadauer proſequitur, eum, qui litigandi cauſa neceſſe habet in iure, vel certo loco ſiſti, furioſos, infantes, impuberes puellas, quæ alieno iuri ſubiectæ ſunt, in ius vocari non debere Vlpianus, Calliſtratus, & Caius aiunt.[a]

a l. ij. iij. iiij. et xxij. D. de in ius voc.

Capitis ſecundi, articulus vnus.

Locus legibus dictus.

Nullū de domo ſua in ius vocari licere Caius[b] ſcribit: quia domus tutiſſimum cuique refugium, atq; receptaculum eſt: eúmque qui inde in ius vocaret, vim inferre videri ait. Interdum tamen eum, qui domi eſt in ius

b l. plerique. D. eo.

[a] l. sed & si. D. eo. vocari posse Paulus[a] rectè putat. Extrahi autem inde non debere ait. Si quis aditum ad se præstet, aut ex publico conspiciatur recte in ius vocari eum Iulianus apud Paulum[b] ait. Neminem quoque dubitare Caius[c] scribit, quem à vinea, balneo, & theatro vocari posse.

[b] l. satisque. D. eo.
[c] l. sed etiã. D. eo.

Capitis tertij articuli.

j. Pœna. ij. eius transmissio.

Articulus j.

In eũ, qui vetitos vocauerit, quinquaginta aureorum ex hoc prætoris edicto pœnale iudicium dari Vlpianus & Modestinus[d] aiũt. Quòd si inopia laborare dinoscitur, à præfecto vrbi quasi inofficiosum litigatorem castigandum eum Modestino[e] placuit. Diuersa causa eius est, qui libellum principi, vel præsidi dat: in ius enim vocasse non videri Paulus[f] existimat.

[d] l. si libertus. l. penult. & fi. D. eod.
[e] d. l. fin.
[f] l. libertus. ij. D. eod.

Quam

Quamuis etiam non adiiciat Prętor, causa cognita, pœnale se iudicium daturum, Labeo tamen apud Paulum moderãdam iurisdictionem ait, si pœniteat libertum, & actionem remittat, vel si patronus vocatus non veniat, aut non inuitus vocatus sit, licet edicti verba non patiantur[a]. Pœnale autem iudicium vltra annũ non dari Vlpianus ait.

Articulus ij.

Huius autem edicti pœna, neque hæredi, neque in hæredem dari Vlpianus[b] ait. Planè post litem inchoatam etiam ad hæredes transire constat[c]. Pœnalia iudicia semel accepta ad hæredes transmitti antiqui iuris regula proditum scio.

a l. quamuis. D. eod.

b l. penul. D. eod.

c l. omnes. D. de obli. & actio.

In titulum, Qui satisdare cogantur, vel iuratò promittunt, vel suæ promissioni committantur.

CATAPODISMVS II.

Summa capita.

j. Fideiussoris qualitas.
ij. Quatenus teneatur.
iij. Fideiussores qui dent.
iiij. Satisdandum quî sit.
v. Satisdationis locus.

Capitis primi articuli.

j. Locuples. ij. conuentu facilis.
iij. eius probatio, & improbatio.

Articulus primus, & alter.

SIstendi causa fideiussorē diuitem, conuentúque facilem dari debere Vlpianus [a] scribit. Litis autem prædem sponsorem, & vindicem dari iusserat lex xij. Tabul. cuius hæc verba sunt, *Aßiduo vindex aßiduus esto. Proletario ciui quiuis volet, vindex esto.* Hāc legem à Gellio [b] relatam explicui lib. iiij. veter. Iurisprud. Conueniendi facilitatem meritò adiecit Vlpianus. Nam

a l. ij. D. qui sat. cog.
b lib. 16. cap. 10.

Nam si fideiussor non negetur idoneus, sed dicatur habere fori præscriptionem, à petitore talem fideiussorem recusari posse diuus Pius apud eundem Vlpianum[a] rescripsit. Sed si aliàs caueri non possit, prædicendum ei esse, non vsurum eum priuilegio, si conueniatur.

a l. si fideiussor. D. eod.

Articulus iij.

Probandos, ac ex causa improbandos fideiussores Iulij[b] Pauli sententia comprænsum scio: ídque ab arbitro. Ab iniquo autem arbitratu perinde ab eo, atque à iudicibus appellandi ius esse Caius[c] ait. Rectè existimatur, si ab arbitro probandi sint fideiussores, pro locupletibus habendos, sicut in ea re testis est Paulus[d]. Si calamitas insignis, vel magna inopia fideiussoribus acciderit causa cognita, ex integro satisdandum Paulus[e]

b l. si ab arbitro. D. eod.

c l. arbitro. D. eod.

d d. l. si ab arbitro.

e d. l. si ab arbitro.

a l. de die. D. eod.

censuit. Idem iuris est[a], si miles, minor, mulier, & seruus fideiussores dati sint: cautũ enim non videtur. Ex integro quoque cauẽdum ait Paulus[b], si fideiussor stipulatori hæres extiterit, aut stipulator fideiussori. Qui pro rei qualitate euidentissimè locupletem, vel, si dubitetur, adprobatum fideiussorem iudicio sistẽdi causa non acceperit, iniuriarũ actionem aduersus eum esse posse Caius[c] rectè putat.

b d. l. de die. §. si fideiussor.

c l. si verò. D. eod.

Capitis ij. articuli.

j. Exhibitio. ij. æstimatio.

Articulus j.

Cuius nomine satisdatum est, exhiberi eum oportere argumento erit, quod ait Paulus[d] in hæc verba, Si decesserit, qui fideiussorem dedit, non debebit Prætor iubere exhiberi eum. Hoc tamen distinctione quadam recipiendum est.

d l. iiij. D. eod.

Artic

Articulus ij.

Eum,qui ſiſtere quem promiſit,ſi non exhibuerit, tanti, quanti ea res erit, actionem à Prætore dari Vlpianus[a] ſcribit. Quod ita accipiendum eſt,vt in veram quantitatem fideiuſſor teneatur:niſi pro certa quantitate acceſſerit. a l.ij.§.fi. D.eod.

Capitis iij.articuli.

j. Hæres ſub conditione. ij. ſi vocentur vetiti. iij. abſentis defenſor. iiij. tutelæ adminiſtratores. v. ſuſpecti.

Articulus j.

Hæredem ſub conditione,ea pendente,hęreditatem poſſidentem ſubſtituto cauere debere de hæreditate Vlpianus[b] cẽſuit. Quòd ſi plures ſint ſubſtituti, ſingulis cauendũ eſſe Paulus[c] exiſtimat.

b l. inter omnes. D. eod.

c. l.ſed & ſi.D.eo.

Articulus ij.

Qualemcunque fideiussorem iudicio sistendi causa accipiendũ, si prohibiti vocati sint, Prętor apud Vlpianum [a] edixit. Edicti interpretationẽ ab vno Vlpiano petendam censeo.

a l.ij.§.ij. D.eod.

Articulus iij.

Eum, qui absentẽ defendit, etiamsi filius, vel pater sit, satisdare petitori ex forma edicti debere Paulus [b] respondit.

b l.filiusfa.D.eo.

Articulus iiij.

Tutorem, & curatorẽ pupilli rem saluam fore promittere cogẽdos Paulus [c] ait. Legatarius quoque in ea causa est, vt caueat, euicta hæreditate, legata reddi, & quod amplius, quàm per legem Falcidiam ceperit.

c l.de die. §. tutor. D.eod.

Articulus v.

Suspectos ob rem mobilem dare satis debere Vlpianus [d] scribit. Planè rerum immobiliũ possessor satisdare cogen

d l.si fideiussor. §.fi. D.eod.

cogendus non[a] est: ídque Macer rectè existimat. Quî autem accipiendus sit possessor idem verè & eleganter explicuit: cuius verba huc transcribere nolui.

a l.penul. D.eod.

Capitis iiij. articuli.

j. Fideiussio. ij. iusiurandum.

Articulus j.

Fideiussoribus dari satis rectissime Caius[b] existimat satisdationem explicans. Diuersum ex causa esse receptum aiunt hoc loco Bartolus, & Accurs. reliquíq; interpretes: quorum verba referre vanissimi esset operis.

b l.ij. D. eod.

Articulus ij.

Iudicium adfuturum cauere iureiurando debere Pauli[c] sentẽtia comprehenditur existimantis iusiurandũ ex causa deferi posse. Admonuit tamen nos Poëta huius desertionem, quæ dolo non caret, Deum non latere.

c l.fin.D. eod.

tere. Sic enim ait,

Θεὸν ἐπιορκῶν, μὴ δόκει λεληθέναι.

Nam (vt ait Xenophon lib. j. ἀπομνημονευμάτων) ea est Dei potẽtia, vt simul omnia peruideat, & audiat: vbique adsit, & omniũ curam habeat. Hinc Poëta,

ὀξὺς θεοῦ δ' ὀφθαλμὸς εἰς τὸ πάνθ' ὁρᾶν.

Capitis v. articuli.

j. Roma. ij. municipium. iij. rei locus.

Articulorum vna tractatio.

Romæ cauendum, nisi in municipium, vbi domicilium esse dicat, euocet Iulius Paulus[a] ait. Sed & in domicilio, aut vbi res esset, caueri posse Titus Antoninus[b] apud Papinianum rescripsit.

[a] l. de die. §. iubetur. D. eod.

[b] l. iiij. §. fina. D. vt leg. seu fid. no. caue.

In titulum, de procuratoribus, & defensoribus.

CATAPODISMVS III.

Sum

Summa capita.

j. Procuratores dandi,cui,an non, ius ſit.

ij. Qui dari poſſint.

iij. Quo modo.

iiij. Quibus rebus.

v. Procuratoris officium.

vj. Huius compulſio.

Capitis j.articuli.

j. Poteſtas. ij. corporis caſus.

iij. abſentia. iiij. correi.

Articulus j.

PRocuratores dari poſſe ab iis,qui legibus, moribúsve non vetátur, variis iuris articulis proditum ſcio.Filios quoque familiàs procuratorem dare poſſe Vlpianus[a] ſcribit.

Articulus ij.

Mutus, & ſurdus, per eum modũ, qui procedere poteſt, procuratorem dare non prohibentur:forſitan & ipſi dan

[a] l. vij. D.de procura.

a l. mutuu. D. eod. dantur, ídque Paulus ait[a].

Articulus iij.

Procuratorē ab absente dari posse Vlpianus[b] scripsit. Absentem eum accipere debemus, qui non est in loco, vbi petitur, quod eidem Vlpiano[c] placuit. Sed hoc variè censeri ad Vlpianū rectè existimat A. Alciatus.

b l. j. D. eo.

c l. absentem. D. de verb. sign.

Articulus iiij.

Si vni ex reis constitutum sit, ísq; alium procuratorem in constitutam pecuniam det, non negabimus posse dare. Sed & ex duobus reis promittendi alter alterum ad defendendum procuratorē dabit. quod Paulus[d] ait.

d l. licet. §. porrò. D. de procurat.

Capitis ij. articuli.

j. Aetas. ij. sexus. iij. militia. iiij. magistratus. v. inuitus.

Articulus j.

Minor xxv. annis, si defensor existat, ex quibus causis in integrum restitui

ſtitui poteſt, defenſorem idoneũ non eſſe Vlpianus[a] ait, ídque diui Alexandri reſcripto[b] continetur. Nec eiuſdem Vlpiani[c] reſponſo ſubſiſtimus: ad procuratorem enim negotiorum pertinet. At defenſorem litium eſſe argumento erit, quod idem Vlpianus[d] rectè definit. Defendere, inquit, eſt id facere, quod dominus in litem faceret. Atque hanc ἀνῶνομίαν ita diluiſſe viſus eſt Accurſius: quo in genere plurimus eſt.

a l. minor. D. eod.
b l. exigendi. C. eod.
c l. ſi collactaneus. de manu. vindi. D.
d l. ſed & ea. §. defendere. D. de procur.

Articuli ij. iij. & iiij.

Neque fœmina, neque miles, neque qui reipubl. cauſa abfuturus eſt, aut morbo perpetuo tenetur, neque qui magiſtratũ initurus eſt, idoneus defenſor intelligitur, ſicut in ea re Paulus[e] teſtis eſt. Planè fœminis pro parentibus agere interdum permitti Paulus[f] ſcribit.

e l. neque fœmina. D. eo.
f l. fœminis. D. eod.

Arti

Articulus v.

Inuitum procuratorem dari non ſolere Vlpiano[a] placuit: ídque diui Principes[b] reſcripſerunt. Inuitum autem accipere debemus, inquit ibidem Paulus, non eum tantùm, qui contrà dicit, verùm eum quoque, qui conſenſiſſe non probatur.

a l. filiusfa. §. inuitus. D. eod.
b l. inuitus. C. eod.

Capitis iij. articuli.

j. Nuntius, epiſtoláve, ij. certitudo. iij. conſenſus. iiij. generaliter. v. ſpecialiter.

Articulus j.

Procuratores & nuntio, & epiſtolâ conſtitui poſſe Vlpianus[c] ait: quod & Paulus[d] receptum ait lib. j. Sententiarum. Mandari, inquit, poteſt procuratio præſentibus, & nudis verbis, & per literas, & per nuntium, & apud acta præſidis, vel magiſtratus.

c l. j. D. eod.
d tit. iij.

Articulus ij.

Procu

Procurator certus dari debet, ídque Paulus[a] scribit. a l. ij. D. eod.

Articulus iij.

Sed & procuratorẽ mandato consentire oportere argumẽto erit, quod inuitus dari non poteſt, vt superiùs docui. Nam & mandatum consensu contrahi veteribus placuit: vt & Caius[b] scribit. b l. ij. D. de oblig. & act.

Articulus iiij.

Mandato generali procuratorem rectè dari Iulij Pauli[c] sententia compræhensum scio. Sed eius poteſtas vsqueadeò repressa eſt, vt transigere, alienare, nisi fructus, aut facilè corruptibilia, non possit, vt Paulus, & Modestinus[d] aiunt. Planè exigere, nouare, & aliud pro alio permutare, & soluere, mandatum videri Paulus[e] rectè putat. c l. procurator cui. & l. mandato. D. eo. d d. l. mandato. & l. procurator totorum. e d. l. mandato. & l. seq.

Articulus v.

Mandato speciali procuratorem, quem constitui elegans H. Modestini [a] sententia est: Is mandati fines diligenter custodire debet, vt & Paulus [b] tradit: quod & Gellius lib. j. cap. xiij. probat. Planè si mãdati officium egressus sit, domino obesse eum non posse diuus Alexander Castiæ [c] rescripsit. Intra fines igitur mandati sese contineant procuratores.

a l. l. procurator totorum.
b l. diligenter. D. mã.
c l. si procurator. C. de procur.

Capitis iiij. articuli.

j. Iudicia publica. ij. priuata. iij. negotia. iiij. res sua.

Articulus j.

Publicè vtile esse absentes à quibuscunq; defendi Vlpianus ait [d]. Nã & in capitalibus iudiciis defensio datur. Vbicunque absens damnari potest, ibi quemuis verba pro eo facientem, & innocentiam excusantem audiri æquũ est, & ordinarium admittere:

d l. seruũ. §. ij. D. de procur.

tere:ídque reſcriptum eſt. Dubitationem mouet, quod Papinianus[a] ait. Ad crimẽ iudicij publici perſequendum fruſtra procurator interuenit: multóque magis ad defendendum ἐνζυγομίαν diluere conatur Accurſius. Pugnantia hæc conciliare contendit Bartolus: quorum verba huc referre vaniſſimi operis eſſe putem. Defenſionem hoc loco accipiendam exiſtimo, qua duntaxat excuſatur innocentia, qua in re conſentiunt Vlpianus, & Papinianus: ídque in omni capitali, & publico crimine receptum ſcio. In popularibus actionibus procuratorem dari non poſſe Paulus[b] ait. Diuerſum eſt in eo, qui de via publica, priuato damno, ſepulchro violato, & iniuriarũ ex lege Cornelia agit. Nam & hic procuratorem rectè dat: ídque idem Paulus[c] ſcribit.

a l. pen. §. j. D. de publ. iudic.

b l. licet D. de procurat.

c d. l. licet.

Articulus ij.

Priuata iudicia à procuratoribus instituì posse Vlpiani[a] sententia comprehenditur: ídque Imperatores[b] constituerunt: nisi fortè (inquiũt iidem) quosdam, iustiores ob causas vehementiores maximi iudicis vocauerit autoritas.

a l. sed & §. non solũ. D. eod.
b l. fin. C. eod.

Articulus iij.

Rei vni pluribúsve procuratorem dari posse Vlpianus[c] scribit.

c l. j. D. eod. l. si verò non. §. iiij. D. mã.

Articulus iiij.

In rem suam procuratorem rectè dari constat[d] ex mente Vlpiani. Procuratore in rem suam dato præferendum non esse dominum idem[e] putat: cuius sententia vera est.

d l. quæ omnia. §. fi. D. de procurat.
e l. procuratore. D. eod.

Capitis v. articuli.

j. Actio. ij. defensio. iij. cautio. iiij. satisdatio. v. rationum redditio.

Articulus j.

Actiones domino à procuratore quæri Vlpianus[a] refert. Planè non semper per procuratores quæri actiones, sed retineri Paulus[b] ait. Commodissimè adiicerem cantatissimam illam interpretum controuersiam, directæ'ne an vtiles actiones domino à procuratore quærantur: eam tamen prætermisi alio loco disputaturus.

[a] l. in cau sæ. in fi. & l. seq. D. eo.

[b] l. per procuratorem.

Articulus ij.

Vlpianus[c] ait, à procuratore defendendum dominum cogi. Defendere est facere, quod dominus in litem faceret.

[c] l. sed & ea. §. ij. D. eod.

Articulus iij.

Qui alieno nomine agit quacunque actione, id ratum habiturū eum, ad quem ea res pertinebit, cauere debet: quod & Vlpianus[d] ait. Huc pertinet titulus, *Rem ratam haberi.*

[d] l. non solum. §. j. D. eod.

Articulus iiij.

Qui alium defendit, satisdare cogitur[a]. Nemo enim alienæ litis defensor idoneus sine satisdatione intelligitur. Sanè domini præsentia, & literis à satisdationis nexu eximi eúm placuit[b]. Quod accipiendum est, si literæ probatæ sunt.

a l. qui proprio. §. ij. D. eod.

b l. si procuratorem. D. eod.

Articulus v.

Procurator, vt in cæteris negotiis gerendis, ita & in litibus exercendis ex bona fide rationẽ[c] reddere debet.

c d. l. qui, proprio. §. pen.

Capitis vj. articulus vnus.

Iudicij acceptio.

Ait Prætor, *Procuratorem ad litem suscipiendam datum, pro quo consentiente dominus iudicatum solui exposuit, iudicium accipere cogam*[d]. Verùm ex causis compelli eùm non debere Vlpianus ad Edictum ibidem ait. Causę autem hæc recensentur[e], inimicitiæ, dignitas,

d l. filiusfam. §. fin. D. de procur.

e d. §. fin. & l. seq. & seq. & seq.

gnitas, abſentia, valetudo, peregrinatio, hæreditas, ídque ab Vlpiano, Paulo, & Caio.

In titulum, De minoribus xxv. annis.

CATAPODISMVS IIII.

Capita ſumma.

j. Qui reſtituendi.
ij. Cuius rei cauſa.
iij. Quî reſtituendum.
iiij. Quibus reſtituere liceat.
v. Reſtitutionis tempora.

Capitis j. articuli.

j. Filij ſui iuris. ij. in poteſtate.
iij. ſucceſſores.

Articulus j. ij. & iij.

MInores xxv. ann. ſiue ſui iuris, ſiue in poteſtate ſint, reſtitui debent in integrum ex edicto prętoris[a]: ídque variis reſcriptis[b] continetur. Patrem quoque filio ſuccedentem in ea

a *l. iij. §. ſed virum. D. de min.*
b *l. iiij. & v. C. de in integ. reſti.*

causa esse, vt restituatur, Pomponius ait[a]. Idem iuris in aliis successoribus esse sæpe constitutũ refert Vlpianus[b].

a d. l. iij. §. pen.
b l. non solum. D. de in integr. restit.

Capitis ij. articuli.

j. Gesta. ij. iudicia.

Articulus j. & ij.

Minorem ex gesto captum restituendum edicto prętoris continetur. Si igitur contraxerit, ob idque læsus fuerit, illi subueniendũ Vlpiani[c] sententia compræhensum scio. Sed etsi pecunia à debitore paterno, vel proprio soluta sit, & hanc perdidit, dicendum esse ei subueniri, quasi gestũ sit cum eo idem Vlpianus[d] scribit. Si hæreditatem minùs lucrosam minor adiit, vt se possit abstinere, restituitur, vt ait idem[e]: idque etiam diui Seuerus & Antoninus[f] rescripserunt. Idem in bonorum possessione, vel alia successione dicendum idem Vlpia

c d. l. iij. §. si quis.
d l. vij. §. j. D. de minor.
e d. l. vij. §. ij. in fi.
f l. j. C. si min. ab hæred. abst.

pianus ibidem rectè putat. Minori quoque siue emptione, siue venditione capto, subueniendum idem[a] censuit, ídque optima ratione: cuius sententia Imperatorum[b] constitutione iuuatur. Planè si cauerit iurisiurandi religione, se non contrauersurum, quod gestum est, beneficium illi negandum diuus Alexander[c] rescripsit. In dotis[d] etiam modo mulieri subuenitur, si vltra vires patrimonij, vel totum patrimonium circunscripta in dotem dedit. Hoc beneficio vtetur, & mulieris hæres, vt & diuus Alexander[e] constituit. Minori etiam successori aduersus legem commissoriam, transacto pactionis die, succurrisse ex causis Imperatorē Paulus[f] lib. j. Decretorum scribit. Minor quoque annis xxv. cui fideicōmissum solui pronuntiatum erat, si cauisset id se acce-

a l.in cau. sa.j.§.ij.de mino.

b l.fi.C.si aduer.vēd.

c l.j.C.eo.

d l.ix.§.j.de minor. D.

e l.j.C.si aduer.dol.

f l.Aemilius. D.de mino.

pisse, & cautionem ei debitor quasi pecuniæ creditę fecisset, in integrum restitui potest[a]. Ex causa etiam mandati, & fideiussionis auxilium minoribus denegandum non esse Paulus lib. j.[b] Sentent. tit. ix. scribit.

a l. liij. D. eod.

b l. xlviij. D. eod.

IN IVDICIIS quoque subueniri minoribus proditum scio. Minor etiamsi quasi contumax condemnatus in integrũ restitutionis auxilium implorabit[c]. Omissam quoque allegationem per in integrum restitutionis auxilium repetere eum posse Paulus[d] receptum ait. In eremodiciis ei subueniri Vlpianus[e] scriptũ reliquit. Item si non prouocauit intra diem, subuenitur, vt prouocet[f]. Qui locus in Pand. Florent. suspicione non caret.

c l. viij. D. eod.

d l. xxxvj. D. eod.

e l. vij. § fi. D. eod.

f d. l. vij. § pen.

RESTITVTIONIS DENEGANDAE CAVSAE.

Planè in delictis minoribus subue-

nien

niendum non esse placuit, vt aiunt Vlpianus[a], Triphoninus[b], & Paulus lib. j. Sentent. titu. ix. Sed & in sexaginta diebus præteritis, in quibus iure mariti sine calumnia vir accusare mulierem adulterij potest, denegari illi in integrum restitutionem Triphoninus[c] scribit. Aduersus libertatem minori subueniri impossibile esse Vlpianus[d] rectè existimat: nisi, vt ait Iulius Paulus[e], hoc ex magna causa à principe fuerit consecutus. Item non restituetur, qui sobriè rem suam administrans occasione damni, non inconsultè accidentis, sed fato velit restitui; nec enim euentus damni restitutionem indulget, sed inconsulta facilitas: ídque Vlpianus[f] & Pomponius aiunt. Communi quoque auxilio, & mero iure munito, non debet tribui auxilium extraordinariũ: cuius rei

a l. si ex causa. §. ij. D. eo.
b l. auxilium. D. eo.
c d. l. auxilium.
d l. ix. §. fi. D. eo.
e l. nisi. D. eod.
f l. verũ. §. sciẽdum. D. eod.

a l. in cau sa. ij. D. de minorib. rei exépla adsignat Vlpianus[a]. Exuli reuerso non debere prorogari tempus in integrum restitutioni statutũ, quia abfuit, Papinianus respondit apud Vlpianum[b]. Minorem pubefactum, si cœpta in integrum restitutionis lite, legatum petat, auxilium respicere eum à Papiniano[c] responsum est. Auxilium in integr. restitutionis in executionibus pœnarum paratum non esse Tryphoninus[d] scribit.

b l. xx. D. de min.

c l. si filius. D. eo.

d l. auxilium. D. eo.

Capitis tertij articuli.

j. Aequalitas. ij. Causæ cognitio.

Articulus j.

Restitutio ita faciéda est, vt vnusquisque integrum ius suum recipiat; sicut in ea re testis est Paulus[e]: & sic in integrum restitutionibus æqualitatem seruari debere constat. Nam (vt ait Eurypides)

e l. quod si. j. §. restitutio. D. eod.

Τὸ γὰρ ἴσον νόμιμον ἀνθρώποις ἔφυ.

Artic

Articulus ij.

Cauſa cognita, & præſentibus aduerſariis, vel ſi per contumaciam deſint in integrum reſtitutiones perpendendas eſſe Vlpiano[a] placuit. In cauſæ cognitione verſabitur, vtrùm ei ſoli ſuccurrendum ſit, an etiam iis, qui pro ſe obligati ſunt: num fortè alia actio poſſit competere, quæ omnia fuſiſſimè explicuerat Vlpianus lib. xj. ad Edictum.[b]

a l. in cauſa. j. §. cauſa. D. eo.

b l. in cauſa. j. & ij.

Capitis quarti articulus vnus.

Iudices.

Præfectus vrbi, aliíve magiſtratus pro ſua iuriſdictione reſtituere in integrum poſſunt, tam in aliis cauſis, quàm contra ſententiam ſuam[c]. Præfecti etiam prætorio ex ſua ſententia in integrum poſſunt reſtituere, quàuis ab eis appellari non poſſit: ídque Hermogenianus ait lib. j. iuris[d] Epitoma

c l. in cauſa. ij. §. fi.

d l. præfecti. D. eod.

tomarum. Præſes quoque prouinciæ in eadem cauſa eſt, vt Vlpianus & Scæuola[a] cenſent. Contrario iure, eóque moribus recepto vtimur: principi enim ſoli reſtituendi ius eſſe conſtat, atque ita conſtitutum accepi à pragmaticis.

[a] l. præſes. D. eo. & l. fi. §. fin. D. de condict. indeb.

Capitis v. articuli.

j. Initium. ij. finis.

Articulus j.

Minorem xxv. annis natu videndum, an etiam diem natalis ſui adhuc dicimus ante horam, qua natus eſt, vt ſi captus ſit, reſtituatur: & cùm nondum compleuerit, ita erit dicendum, vt à momento in momentum tempus ſpectetur.

Articulus ij.

Minoribus xxv. annis opem pollicetur Prætor. Nam poſt hoc tempus compleri virilem vigorem Vlpianus[b] ſcri

[a] l. j. D. eod.

scribit:atque ideo restitutionis auxilium denegari liquet:ídque sæpissimè constitutum fuit[a]. *a l.vij.de dol.C.*

In titulum, De aqua, & aquæ pluuiæ actione, [& aquæductu.]

CATAPODISMVS V.

Huius tituli duo sunt capita summa, duæque actiones: quarum vna, aquæ pluuiæ dicitur, aquæ ductus altera. Quę omnia confusaneè in eundem titulum coniecerunt Pandectarum compositores, vtpote qui aliud ex alio pendere, & produci arbitrarentur. Quo adductus ita hunc titulum inscribendum censeo, *De aqua, & aquæ pluuiæ actione, & aquæductu.* Quæ, vt lucidius intelligi possint, in duos velut titulos diducemus.

De aquæ pluuiæ actione.

Summa capita.

j. Aquæ pluuiæ actio, eiúsque finis.
ij. Cui, in quémve danda.
iij. Eius vsus, locúsque.

Articuli capitis j.

j. Qualitas. ij. transitus. iij. restitutio.

Artic

Articulus j.

ANtè, quàm ad aquæ pluuiæ tractatum descendamus; eius definitionem videamus. Aquā pluuiam, inquit Vlpianus[a], quę de cœlo cadit, atque imbre crescit, siue per se hæc aqua cœlestis noceat, vt Tubero ait, siue cum alia mista sit. Huc videtur pertinere, quod in hæc verba scripsit M. Cicero in Topicis ad C. Trebatium: vt si aquam pluuiam eam modò intelligeremus, quam imbri collectam videremus; veniret Mutius, qui quia coniugata verba essent, pluuia & pluēdo diceret omnem aquam oportere arceri, quæ pluendo creuisset. Hic locus mihi deprauatus, corruptúsque videtur. Sciendum autem est aquæ pluuiæ actionē non in rem, sed in personam esse, idq; Vlpianus[b] rectè existimat.

a l.j. D. de aq. plu.

b l.vj. §. iiij. D. eo.

Artic

Articulus ij.

Si priùs, quàm aquæ pluuiæ arcendæ agat quis, dominium ad alium transtulerit fundi, desinit aquæ pluuiæ arcendæ habere actionem, eaque transibit, cuius ager esse cœpit.

Articulus iij.

Officium iudicis hoc erit, vt siquidem opus à vicino factum sit, eum iubeat restituere, damnúmque sarcire: si quid post litem contestatam contingit. Quòd si ante litem contestatam damnum contigit, tantùm opus restituere debebit, damnũ nõ sarciet.

Capitis secundi articulus vnus.

Vicinus.

Vicino in vicinũ aquæ pluuiæ arcendæ actionem dari veteribus placuit; ídque variis huius tituli capitibus liquet: quo in genere ita in xij. Tabulis scriptum fuisse docui lib. iiij. ve-

teris Iuriſprudentiæ, *Si aqua pluuia nocet, auortendæ actio eſto*. Planè ſi fundus vicino ſeruiat, & propterea aquã recipiat, actionem ceſſare putat Paulus[a]. Sed & ſi vicinus flumen, torrentem auerterit, ne aqua ad eum perueniat, & hoc modo ſit effectum, vt vicino noceatur, agi cùm eo non poſſe Labeo cenſuit[b]. Si modò non hoc fecit, vt tibi noceat, ſed ne ſibi noceat. Species alias, in quibus actio non datur recenſet Paulus[c].

a l. ij. §. fi. D. eod.

b d. l. ij. §. pen.

c d. l. ij.

Capitis tertij articulus vnus.

Damnum.

Hæc actio locum habet in damno nondum facto, opere tamen iam facto, hoc eſt, de eo opere, ex quo damnum timetur: totiésque locum habet, quoties manufacto opere, aqua nocitura eſt, id eſt, cùm quis manufecerit, quo aliter flueret, quàm natura ſole

soleret, si fortè immittendo eam, aut maiorem fecerit, aut citatiorem, aut vehementiorem: aut si comprimendo redundare fecit. Plane, si naturâ aqua noceret, ea actione non continetur, atq; ab Vlpiano[a] scripta sunt: Quod principis, aut senatus iussu, aut ab his, qui primi agros constituerũt, opus factum fuerit, in hoc iudicium non venit. Hæc actio in vectigalibus agris locum habet; hæc Paulus[b]. In hoc autem iudicium futurum damnum venit, vt ait Paulus[c].

a l. j. §. ij. D. eod.

b l. quod principu. D. eod.

c l. xiiij. D. eod.

ALTERA TITVLI PARS.

De aquæductu.

Aquæ pluuiæ actioni vicinus tractatus est, *De aquæductu*: cuius duo sunt capita.

j. Aquæ ducendæ ius.

ij. Ducendæ circunstantiæ.

Capitis primi articuli.

j. Voluntas. ij. loci natura. iij. vetustas.

Articulus j.

In concedendo iure aquæ ducendæ non tantùm eorum, in quorum loco aqua oritur, verùm eorũ, ad quos eius aquę vsus oritur, voluntatem exquirendam, spectãdámve Vlpianus[a] scribit, autumans lege dicta hanc seruitutem cõstitui: ídq; alibi[b] censuit.

Articulus ij.

Loci natura, ac vetustate aquæductum constitui idem Vlpianus[c] ait: cuius sentẽtiam (verissima enim est) probat Scæuola[d]. Solere, inquit, eos, qui iuri dicundo præsunt, tueri ductus aquæ, quibus autoritatem vetustas daret, tametsi ius non probaretur. Hoc Scæuolæ responsum explicui lib. iiij. cap. j. Iurisprudentiæ med.

a l. in concedẽdo. D. eod. l. si autem. D. eo.
b l. j. §. fi. D. eod.
c d. l. j. §. fin.
d l. fin. D. eod.

reiecta Bartoli sententia.

Capitis ij. articuli.

j. Vnde. ij. quà. iij. quando.

Articulus j.

Vnde aqua duci concedi possit à Tribuniano prætermissum est: id autem pactionibus effici non ambigitur: nisi reclamet lex. Planè si nauigabile flumen sit, non oportere Prætorem concedere ductionem ex eo fieri Labeo[a] ait, quæ flumen nauigabile efficiat. idémq; est, etsi per hoc aliud flumen fiat nauigabile.

[a] l. si autem. §. fin. D. eod.

Articulus ij.

Supra[b] iter alienum arcus aquæ ducendæ non iure fiet: nec is, cui iter, actus debetur, pontem, quà possit ire, agere iure extruet. at si specus, non cuniculum sub riuo aget: aqua corrumpetur: quia, suffoso eo, aqua manabit, & riuus siccatur.

[b] l. supra. D. eod.

Articulus iij.

Die, noctúve aquã duci posse Paulus[a] ad Plautium scripsit.

a l. si priùs. D. eod.

In titulum, Ad legem Iuliam de vi priuata.

CATAPODISMVS VI.

Capita summa.

j. Vis priuatæ rei.

ij. Horum pœna.

Capitis j. articuli.

j. Raptor ex naufragio. ij. homines conuocans. iij. deiector. iiij. rei debitoris occupator.

Articuli.

QVi de naufragiis quid subripuerint, qui cõuocatis hominibus, vim fecit, quo quis verberetur, pulsetur citra homicidium, qui cœtum fecit, ne quis in ius produceretur: qui aliquẽ de agro suo, hominibus conuoca

uocatis, deiecit, qui improbè coëunt in alienam litem, creditórve, qui sibi ius dicit, hac lege coërceri eos Marcianus, Scæuola, Macer, Paulus, Vlpianus, Modestinus, & Callistratus[a] aiunt. Diuus Hadrianus apud Callistratum[b] permisit (vt facilior esset probatio subrepti ex naufragio) & quicquid passos se huiusmodi querũtur adire præfectum, & apud eum testari, reósque petere, vt pro modo culpæ, vel vincti, vel sub fideiussoribus ad præsides remittantur. Quod ait Vlpianus[c], Qui aliquem ex agro suo deiecit, ex legibus Solonis sumptum videri potest. Sic enim apud Demosthenem sanciuit, ἐάν τις ἐξείλῃ τινα τῆς ἐργασίας ὑπόδικος ἔστω. Hanc legem explicui lib. ij. vet. Iurisprudẽtiæ, c. lxv.

a toto tit. de vi priu.

b l. vlt. de incend. rui.

c l. si quis. D. de vi prima.

Capitis ij. articuli.

j. Capitalis. ij. ciuilis.

Articulus vterque.

De vi priuata damnati partē tertiam bonorum publicari Marcianus[a] ſcribit, quod diui Antonini reſcripto[b] compræhenſum ſcio: ſed & in inſulam deportandum diuus Conſtantinus[c] conſtituit. Creditor, qui res debitoris occupat, ius crediti amiſit, & eſt infamis: ídque Calliſtratus, & Modeſtinus aiunt[d].

a l. j. D. eod.

b l. ij. C. eod.

c l. vij. C. eod.

d l. pe. & fi. D. eo.



ÇATAPODISMΩN

LIBER II.

EX CODICE IVSTINIANEO.

In titulum, De transactionibus.

CATAPODISMVS I.

Capita summa.

j. Transactionis vis.

ij. Quæ ex ea actio.

Capitis primi articulus singularis.

Transactio firma.



TRANSACTIONEM rescindi non debere plurimorum Imperatorũ constitutionibus[a] liquidò constat, etiam si vnum statim pœnituerit:idq; diui principes[b] constituerunt

a l.4.5.6. 10.19.25. 28.32. C. eod.

b l.quamuis.C.eod.

vſqueadeò, vt nec reſcripto quidem infringi eam poſſe idẽ reſcripſerint[a]. At verò iidẽ principes ſibi reclamare videntur: alia ſiquidem cõſtitutione[b] aduerſus tranſactionem in integrum reſtitui iuſſerũt. Hanc dubitationem nec Accurſius, nec Bartolus, nec Baldus, nec Alciatus mouerunt. Ἀντινομίαν hanc ita dilui poſſe exiſtimo. Si trãſactione nemo circũſcriptus ſit, eam non reſcindi meritò placuit: alioquin læſum in integrum reſtitui æquũ eſt. In integrum enim reſtitutionem con cedi & bonum & æquum cenſuit Te rentius in Phormione, act. ij. Scen. iiij.

--Quod, te abſente, hic filius
Egit, reſtitui in integrum æquum eſt, &
bonum.

Sed ad inſtitutum redeamus. Initam noctu trãſactionem non infringi reſcriptum ſcio[c]. Neſcius tamen non ſum

a l. cauſas. C. eod.

b l. ij. C. ſi aduer. trãſactio.

c l. 20. C. eod.

ſum, noctem mali auctricem. Nam Menander ita ſcriptum reliquit,

Τὴν νύκτα τε πολλῶν κακῶν ἀρχηγόν.

Hinc dicebat Euãgeliographus[a], πᾶς γὰρ ὁ φαῦλα πράσσων μισεῖ τὸ φῶς. Plane initas metu tranſactiones ratas non haberi reſcriptum eſt[b]. Minorũ quoque tranſactiones irritas haberi argumento erit: quod aiunt principes maiorum ratas eſſe[c]. Tranſactionem etiã non tenere, ſi res non interuenerit, nullo dato, aut retento iidem[d] aiunt. Sed & eam mutuo conſenſu diſſolui placuit[e]. Falſis etiam inſtrumentis tranſactiones reſcindi conſtat[f].

a Ioan. 3.
b l. interpoſitas. C. eo.
c l. 25. C. eod.
d l. tranſactio. C. eo.
e l. ſi diuerſa. C. eo.
f l. ſi. C. eo.

Capitis ij. articuli.

j. Incerta, ciuiliſque actio. ij. ex ſtipulatu.

Articulus vterque.

Actionem præſcrip. verb. vel ex ſtipulatu naſci diuus Alexander[g] reſcripſit.

g l. cũ mota. C. eod.

psit. Actione nihilo se eius sublata de dolo agi idem[a] constituit.

a l. 4. C. eod.

In titulum, De inofficioso testamento.

CATAPODISMVS II.

Capita summa.

j. Inofficiosum, quibus dicendi ius sit.
ij. In quem.
iij. Querelæ tempora.
iiij. Eius effectus.
v. Transitus.

Capitis primi articuli.

j. Liberi. ij. parentes. iij. Agnati, cognatíve.

Articulus j.

Filiisfamilias inofficiosum patris testamentum dicēdi ius esse, querelámq; instituendi diui Alexander[b] & Iustinianus[c] rescripserunt: idque ex Imperatoris Hadriani decreti sententia

b l. si heredum.
c l. omnimodo.

tentia apud Iulium Paulum[a] lib.ſingulari, de ſepteuiralibus iudiciis adnotaui. De inofficioſo quoque matris teſtamento agere licere diui Seuerus[b] & Antoninus conſtituêre. Sed hoc ita accipi debere, ſi extraneos hæredes [c] ea ſcripſiſſet. Poſthumos quoque in ea cauſa eſſe, vt inofficioſi actionem inſtituere poſſint, diuorum Seueri [d] & Antonini reſcripto conſtat: quod & ab Vlpiano noſtro ſcriptum ſcio lib. xiij. ad Edict. Nepotibus idem licere à diuis[e] Antonino & Iuſtiniano reſcriptũ eſt: ab illo enim ita conſtitutum ſcio. Neptem defuncti actionem de inofficioſo teſtamento (quamuis pater eius emancipatus fuerat defunctus) experiri poſſe, ignorare non debes. Diuerſam tamen cauſam filij ſua ſponte arenarij conſtituti eſſe diuus Alexãder reſcripſit[f]: niſi

a l. cũ mater. D. eo.
b l. j.
c l. iij.
d d. l. iij.
e l. vij. & xxxiij.
f l. in arenam.

pater

pater conditionis similis fuerit. Arenam amphiteatrum adpellat μετωνυμικῶς elegantissimus Poëta Martia. sparгi enim arena solebat. Sed & si quis pecuniam à patre acceperit, pactúsve fuerit, à querela submouendum eum Iustinianus[a] Imperator constituit, Vlpiani sententiam explicans. Sed nec de militis testamẽto queri posse Alexander[b] rescripsit. Flagitiosè, spurcéque viuentem filiam à querela exclu dit diuorum[c] principum constitutio. Quartâ quoque querelam submoueri Iustiniani [d] rescripto constat. Sunt & aliæ excludendæ quartæ species, quas prudens silẽtio prætereo. Quod autem diximus, liberis testamentum patris inofficiosum dicendi ius esse: ita accipiendum Iustiniani constitutione[e] rectè puto, si aut exhæredati, aut pręteriti sint. Inofficiosum autem testa

a l. si quãdo.
b l. de inofficioso.
c l. si filiã.
d l. omnimodo.
e d. l. omni.

testamentum dicere ait[a] Martianus lib. iij. Digestorum, hoc est, allegare, quare exhæredari non debuerit. Sæuas itaq; exhæredationis tabulas adpellat elegantissimus Poëta,

--Nec illos,
Quos genuit, quos eduxit: nã codice sæuo
Hæredes vetuit esse suos.

Ideo autẽ inofficiosum dicitur, quod contra officium pietatis conscriptum sit, vt eleganter definit Iulius Paulus lib. iiij. Sententiarum, cap. j. Liberos autem eò priore articulorum capitis huius sede collocauimus, quò eorum præcedentem causam respõderit lib. v. Quæstionum Papinianus[b]: quod & Iustiniana[c], nouáque constitutione probatum scio, quà cautum est primam esse liberorum successionem.

a l. iij. D. eod.

b l. pater filiũ. D. eo.

c §. j. de hered. ab intest. ve. col. ix.

Articulus ij.

Parentes ad querelam vocari sæpissi-

pissimè rescriptum est: quod & in matre constituere diui principes [a]: id quod & Papiniano [b] nostro placuit lib. v. Quæstionum. Nam, ait idem, non minus piè parentibus, quàm liberis relinqui debet hæreditas. Militis tamen filiifam. testamentum in castrensi peculio factum per inofficiosi querelam rescindi non posse Diocletianus, & Maximilianus rescripserũt.

a l. cùm filium.

b l. pater filium.

Articulus iij.

Cognatos inofficiosi actionem instituere posse diuus Constantinus [c] rescripsit Verino: quod accipi debere eadem constitutione constat, si infamiæ labe conspersos instituerit frater. Cognatos autẽ hoc rescripto accipere debemus fratres, prætérque eos neminem: idque Vlpianus [d] libr. xiiij. ad Edictum. Fratris igitur, vel sororis filios, patruos, auunculos, amitas, materte

c l. fratres.

d l. j. D. eo.

terterásve ad inofficiosi querelā admitti non debere ab optimis Imperatoribus[a] constitutum est, Fratres quoque ac sorores vterinos ab inofficiosi accusatione arcet Constantini[b] rescriptum. Cognati enim, præter fratrem consanguineum, reliqui obtinendi spem nullam habēt, vt ait Vlpianus: seséque inanibus sumptibus vexarēt, si de inofficioso quererentur.

a l. fratris.

b l. fratres.

Capitis ij. articulus vnus.

Successor.

Aduersus hæredem instituēdæ inofficiosi querelę ius esse Alexandrini[c] rescripti sententia constat. Sed & aduersus fiscum de inofficioso agi posse eodē rescripto expressum est. In eum etiam, qui ex fideicōmissi causa hæreditatem tenet, aut pro hærede, possessoréve possidet querelæ actionem instituere licere diui Seuerus & Antō-

c l. si heredum.

ninus reſcripſerunt. Fiſcum adpellat Pædianus vtilia ad maioris ſummæ pecunias capiendas: eum à priuata ratione non differre Budæus ſcribit: quod & Vlpianus[a] noſter probare viſus eſt in hæc verba, Res fiſcales quaſi propriæ & priuatę ſunt principis. Extat etiam in eandem ſentẽtiam Imp. Alexandri[b] conſtitutio, non inelegãs Valenti ſcripta. Vacantium verò, rerum, & quæ nullum haberent adſertorem, creatus fuit, qui priuata ratio dictus fuit, à Græcis προσαγορευόμενος ἴδιος λόγος, qui τῶν ἀδεσπότων (quarum cõmeminit diuus Alexander[c] Quintiliano filio reſcribens) καὶ εἰς καίσαρα περιπτεῖν ὀφειλόντων ἐξεταστὴς erat. Fiſci verò adpellationem in alium, quo nunc vtimur, ſignificatum traductam G. Budæus noſtri temporis alter Varro cõſignatum reliquit. Quale vſu euenniſſe

a l.ij. D. ne quid in lo. publ.

b l. procurator. C. de edendo.

c d. l. heredum.

niſſe in verbo, præſcribere, conſtat: veteribus enim iuriſprudentiæ ſcriptoribus exceptionis nota erat, Iuſtiniani verò & poſterioribus ſeculis vſucapiendi ſignificationẽ habet: vſus enim inſtrumento, & verba ipſa, & eorum acceptiones immutat tẽpus: id quod ex elegantiſſima Horatij in arte ſententia coniicias, vel facillimo negotio. Sed & res ipſas (quæ, teſte M. Fabio verbis ſignificantur) tẽpore mutari elegantiſſimus Poëta ait,

τάχιστ' ὁ καιρὸς μεταφέρει τὰ πράγματα.

Sed & tempus ipſum mutabile eſſe liquidò conſtat.

Capitis iij. articuli.

j. Querelæ ortus. ij. Finis quinquennalis.

Articulus j.

Inofficioſi querelam poſt aditam hæreditatem naſci Iuſtinianus[a] Imp.

[a] l. ſi quis filium. in fi. & l. ſcimus.

reſcripſit. Nam nec antè oriri eam Papinianus[a] lib. v. Quæſtionum reſpondit in hæc verba, Cur ergo, inquit, in hæredem diximus? Quoniā ante aditam hæreditatē nec naſcitur querela. In pleriſque exemplaribus deſideratur vocula, antè, itaque, vt mox ſcripſimus, legendum res ipſa ſuadet: neque is locus ab Antonio Auguſtino animaduerſus eſt in libris Emendationum iuris Ciuilis. Sed, vt ait elegantiſſimus Poëta Horatius,

Illuc, vnde abij, redeo.

Fortiſſimo ex Aemilij Papiniani præfecti Prætorio ſententia argumento querelam poſt aditam hæreditatem naſci conſtituit Iuſtinianus: híncque querelæ tēpora quinquennio circuncludi ſæpiſſimè reſcriptum, & reſpōſum eſt. Quod ita recipiēdum æquiſſimè putarem, ſi præteritos exhæredatósve

[a] *l. Papinianus. §. ſi conditioni.*

tósve

tósve se esse sciuerint, qui testamentũ inofficiosum accusaturi sunt: quod & Vlpiani[a] nostri sentẽtia probatum videri potest: ídque Senatusconsulti[b] sententia compræhensum videtur.

a arg. l. ij. D. quis ordo in bono. poss. ser.

b l. itè veniunt. §. petitã. D. de peti. hered.

Articulus ij.

Inofficiosi querelam intra quinquennium instituendam sæpe rescriptum[c] est. Huius rei fortissimum est argumentum, quod, eo effluxo, præteritum, exhæredatúmve à testamenti accusatione submouendum Iustiniani[d] constitutione expressum est. Ex magna tamen & iusta causa post quinquennium testamentum inofficiosum dici respondit Papinianus[e] lib. v. Quæstionum. Quinquẽnij spatio lustrum contineri locupletissimi testes sunt T. Liuius lib. ij. & Vergil.

Sed magno intexens (si fas est dicere) peplo,

c l. cõtra. & l. si quis filium.

d d. l. si quis filiũ.

e l. Papinianus. §. fi. D. eo.

Qualis Erichtheis olim portatur Athenis,
Debita cum castris soluuntur dona Mineruæ,
Tardáve confecto redeunt quinquennia lustro,
Cùm leuis alterno Zephyrus concrebruit Euro,
Et prono grauidum prouexit pondere cursum.

Capitis iiij.articuli.

j. Hæreditatis petitæ acquisitio.
ij. Præiudicia.

Articulus j.

Inofficioso pronuntiato testamento, hæreditatem à præterito, exhæredatóve obtinendam diui principes[a] rescripserunt, etiam matre instituta: quod & Papinianus ait lib. v. Quæstionum. Debitę autẽ portionis quartam ad excludendam querelam sufficere

a l. si maritus.

ficere idem [a] respondit. Quòd si minus legitima portione relictum sit, testamentum subsistere, neque rescindi, sed id quod deest citra onus supplendum Iustinianus Imperator [b] constituit sæpissimè: cuius constitutiones in Codice sui nominis extant in eam rem plurimæ. Quartam autem accipi debere, scilicet, deducto ære alieno, & funeris impensa, Papinianus [c] scribit. Nouissima etiã lege cautum scio, si quatuor sint filij, pauciorésve exhæredati, aut præteriti, quartæ nomine trientem deberi, si plures, semissem: ídque ἐν νεάραις constit. lviij. Iustinianus [d] decreuit. Trientem definit Volusius Mætianus lib. singulari, de asse, qui etiamnum extat. Triens est tertia pars assis in tres partes distributi. Huius commeminit nasutissimus Satyricus,

a l. Papinianus. §. quoniã autem.

b l. omnimodo. & l. seq. & seq.

c l. Papinianus.

d auth. nouissima. C. eod.

Nec habet infœlix, quem porrigat ore trientem.

Semis verò, vt idem definit, est dimidia pars assis in duas dimidias diducti. Harum assis partium notas ab eodem petendas esse censeo: has voculas adlatis exemplis tum Græcis, tum Latinis doctissimè G. Budæus nostri temporis alter Varro in libris, quos de asse, eiúsque partibus scripsit, explicat. Libertates autem, tametsi contra testamentum inofficiosum pronuntiatũ sit, deberi diui[a] Seuerus, & Antoninus rescripserunt. Quod ita accipiendum putat Papinianus[b] libro v. Respons. si post quinquennium testamentum inofficiosum & dici cœptũ, & rescissum fuerit. Diuersum verò idem existimat ius esse, si de inofficioso intra quinquennium agatur. Quod & Paulus[c] noster apud Modestinum

a l. iiij.

b l. Papi. §. fin.

c l. si autem. D. eo.

ſtinum libro ſingulari de inofficioſo teſtamento probat, illud adiiciens, victorem præſtaturum fideicōmiſſarias libertates, ſcilicet, viginti aureis, & in hoc caſu à ſingulis præſtandis.

Articulus ij.

Inofficioſi querelam præiudicialem eſſe, atque ante quælibet iudicia aut inducendam, aut finiendam Senatum cenſuiſſe Vlpianus[a] noſter lib. xiiij. ad Edictum ſcribit: in eam quoque rem diuum Traianum reſcripſiſſe. Sacratiſſimæ etiam Iuſtinianeæ[b] conſtitutionis ſententia comprehenſum ſcio. Nam qui inofficioſum teſtamentum accuſat, hæreditatē eum petere ſcriptum eſt. Sed ita demum ſuſtinenda differēdáve libertatis, cæterorúmque iudicia eſſe, vt ex diui Iuſtiniani conſtitutione adparet, ſi iam de inofficioſo iudicium cōteſtatum

a l. ſi quis libertatem. de peti. hered. D.

b l. ſi. C. de pet. hered.

est, diuus Pius rescripsit. Quòd si non contestetur, sustinenda non esse constituit. Planè summatim æstimãdum iudici concessisse diuum Pium idem Vlpianus ait: si fortè bona fide imploretur de inofficioso testam. iudicium, & id ipsum depræhẽderit, pręstituendum ei modicum tẽpus, intra quod si non fuerit contestatum, iubeat iudicẽ libertatis partibus suis fungi. Præiudicium autem definit M. Fabius libro v. Institutionum Oratoriarum, eiúsque genera tria constituit, eum consulas, velim.

Capitis quarti

ΑΝΑΚΕΦΑΛΑΙΟΣΙΣ.

Inofficiosi querelæ vis eò pertinet, vt testamẽto inofficioso pronuntiato, resciſſóque hæreditas obtineatur: ídque ab optimis [a] Imperatoribus rescriptũ est: quod & Papinianus lib. v. Quæst

a l. si maritus.

Quæſtionum adnotat reſpondendo. Nam ſi liberos teſtamento præterierit pater, exhæredéſve immerentes fecerit, teſtamentum rumpi, reſcindíve lege Vellea ſcitum eſt his verbis, *Qui teſtamẽtum faciet, is omnes virilis ſexus, qui ei ſui hæredes futuri erunt, hæredes inſtituendi, vel exhæredandi ius habeto. id niſi fiat, teſtamentum eius ruptũ eſto.* Inter cætera itaque, quæ ad teſtamenta ordinanda deſiderantur, principale ius eſſe de liberis hæredibus inſtituendis, vel exhæredandis Caius[a] noſter ſcribit: ne, ait, præteritis iſtis, rumpatur teſtamentum.

[a] *l. inter cætera. D. de liber. & poſthu.*

Capitis v. articuli.

j. Iudicium cœptum. ij. pręparatio.

Articulus j.

Inſtituta inofficioſi accuſatione, querelam ad hæredem traſferri, poſt litem conteſtatam diuus Antoninus[b]

[b] *l.5.C.eo.*

Helio

a l.posthumus.§.fin. D.eod.

Helio reſcripſit:idq; ab Vlpiano[a] lib. xiiij.ad Edictum adnotatum eſt:illic enim ita ſcriptũ eſt.Si pater tuus poſt litem cõteſtatam,vel poſtquàm propoſitum habuiſſet inofficioſum fratris teſtamẽtum dicere, te hærede relicto deceſſit: cauſam cœptam, vel quocunquẽ illi placitam exequi non prohiberis. In querela verò, quæ non patris, ſed filij nomine dabatur contrà eſſe lib.v.Quæſtionum Papinianus[b] reſpondit.Nã ſi filius poſt agnitam litis ordinandæ gratia bonorum poſſeſſionem deceſſerit, finitam eſſe querelam ait.Litem autem tum conteſtari dicimus,cum iudex per narrationẽ negotij cauſam audire cœperit: itaq; diui Seuerus, & Antoninus[c] definiunt. Huic autem definitioni hæc verba adiecit Iuſtinianus, Imperator[d] Iuliano reſcribens, & contradictio

b l.Papinia.§.j.D.eod.

c l.vnica.C.de li. conteſt.

d l.rẽ non nouam. §.patroni. C. de iudic.

ctionem adiectam, Quod litem contestatam hæc tempestas adpellat, veteres iurisprudentię scriptores cœptū iudicium vocabant, vt ex eorum monumentis facilè depræhēdimus: quæ in Pandectis Iustiniani extant. Diligentissimo iuris Cādidato futuræ obuiæ: litem verò contestari, verba in alium significatū pertulisse mihi visus est Gellius Noct. Attic. lib. v. cap. xxv. illic enim aduersus Euathlum contestatus est litem Protagoras antè, quàm ad iudices coniiciendæ, cognoscendæque litis gratia. Papinianus, eiúsque auditores iudicium cœptum dixerunt, quod litis contestationem vocant. Iudicij quæstionem adpellare posses. Ea verò intentione & depulsione constat, id quod à Græcis τὸ κρινόμενον dicitur: id quod eleganter à M. Cicerone in Topic. ad Treb.

Iure

Iurecos. explicatū ſcio. Iudicij quæſtionum tria eſſe genera M.Fabius in lib.Inſtitut. Orator.conſtituit: quod & iuris ciuilis in compendium redactor vir incerti nominis, lib.iiij. probat, quædam facti, quædā iuris, quædam nominis. Litis conteſtationem priorem eſſe iudicij partem Iuſtiniani[a] conſtitutione expreſſum eſt. Quæ omnia in libro ſingulari, cui titulus eſt, *Forenſis controuerſiæ diſpoſitio*, cap. xxv.explicui. Exequendi verbo litem ad finem perducere, & litem peragere ſignificamus: qua acceptione vſus eſt & Vlpianus, qui actionem exequi dixit.

a auth. ad hæc. C. de iudic.

Articulus ij.

Præparatam inofficioſi querelam ad hæredem tranſire diuus Antoninus[b] reſcripſit: ídque Vlpianus[c] noſter lib.xiiij. ad Edictum ſcribit. Et ſi (inquit)

b l. ſi pater tuus.
c l. poſthumus. §. fin. D. eod.

(inquit) non sit petita bonorum possessio, iam tamen controuersia cœpta, vel præparata, vel si cùm venit ad mouendam inofficiosi querelam, decessit, puto ad hæredem transire. Quemadmodum autem quis pręparasse litem videatur, vt possit ad hæredem transmittere videamus. Et Iulius Paulus[a] lib. singulari de septemuiralibus iudiciis, hoc eleganter explicat his verbis, Ponamus, ait, in potestate eum fuisse, vt neque bonorum possessio ei necessaria, & aditio hæreditatis superuacua sit: is si comminatus tantùm accusationem fuerit, vel vsque ad denuntiationem, vel libelli dationem processerit, ad hæredem suum accusationem transmittet: ídq; diuus Pius de libelli datione, & denuntiatione rescripsit. Quid ergo, si in potestate non fuerit, an ad hæredē suum

[a] l. quemadmodum. D. eod.

ſuum actionem tranſmittat? Et rectè videtur litem præparare, ſi ea fecerit, quorum ſuprà mētionem habuimus. Sed etſi litem non præparauerit, querelæ accuſationem ad hæredes ſuos tranſmittere eum ſæpiſſimè à ſacratiſſimo Imperatore Iuſtiniano[a] optima ratione reſcriptum eſt. Quod ait Iuſtinianus querelæ accuſationē non præparatam tranſire, ita accipiēdum ex verbis, ſententiáque reſcripti exiſtimo, vt ea ad hæredes ſuos[b] pertineant, ad extraneos verò non item. Differentiæ hanc eſſe rationem puto. Patrem ſiquidem & filium eādem naturâ penè eſſe perſonam intelligi diuus Iuſtinianus[c] reſcripſit: quod & nouiſſima eius conſtitutione[d] compræhēſum eſt. Illud igitur meritò adpoſitéq; ex Iulij Pauli libris adiiciemus in hæc verba ſcribentis, In ſuis hære

a l. ſi quis filium. & l. ſcimus.

b d. l. ſcimus.

c l. fi. C. de impube. & aliis ſubſti.

d de in. à mo. præſti. coll. v.

hæredibus euidentiùs adparet continuationem dominij eorum perducere, vt nulla videatur hæreditas fuiſſe quaſi olim hi domini eſſent: qui, etiã viuo patre, domini exiſtimantur: vnde etiam filiusfamiliàs adpellatur: ſicut paterfamiliàs, ſola nota hac adiecta, per quã diſtinguitur genitor ab eo, qui genitus ſit. Itaque poſt mortem patris non hæreditatem percipere videntur, ſed magis liberam bonorum adminiſtrationem conſequuntur. Hac ex cauſa, licet illi non ſint hæredes inſtituti, domini tamẽ ſunt. Nec obſtat, quòd licet eos exhæredare, quos occidere licebat. Hactenus Paulus. Querelam autem non pręparatam ad poſteritatem tranſire optima ratione conſtituit Iuſtinianus[a]: nam ad nepotes, neptésque, ac pronepotes eam transferri reſcripſerat[b].

a d. l. ſcimus. in fi.

b d. l. ſi quis filiũ.

Hos enim in patris locum ſuccedere lege Vellea cautum eſt in hæc verba eleganter ac verè à Ceruidio Scæuola explicata[a], *Qui ex ſuis hæredibus ſuus eſſe deſierit, liberi eius, & cæteri in locum eorum ſuccedunto.* Sed ita demum hoc receptum eſſe ſcribit Theophilus[b] D. Iuſtiniani interpres lib.iij. Inſtitutionum, ſi perſona in poteſtate eſſe deſierit. ὅ δὲ ἔγγονος, ἢ ἐγγόνη, καὶ ὁ προέγγονος, ἢ προεγγόνη, συναριθμοῦνται τοῖς σοῖς κληρονόμοις τηνικαῦτα ἡνίκα τὸ προλαμβάνον αὐτοὺς πρόσωπον ἐπαύσατο εἶναι ἐν ποτεστάτε τοῦ οἰκέου &c. Sed hoc admittendum ex ſententia legis Velleæ ſcribit Scæuola: ſi morte, aut emancipatione, ſuus eſſe deſierit. poteſt & hic caſus interpretatione admitti, ſi ab hoſtibus captus ſit, nec redierit, aut redire poterit. Hi enim caſus admittendi ſunt ad ſimilitudinem mortis: & licet ad verba legis

a l. Gallus. D. de lib. & poſthum.

b §. ita demum. de hered. quæ ab inteſta. def.

legis Velleæ non pertineāt, ex eius tamen ſententia admittendi caſus, quibus filius, nepósve ſuus eſſe deſierit. Quæ omnia explicat fidus legis interpres Cerbidius Scæuola. Liberorū adpellatio quatenus porrigenda ſit, oſtendit Iuriſconſultus[a]. *a l.liberorum. D.de verb.ſigni.*

In titulum, Familiæ erciſcundæ.

CATAPODISMVS III.

Capita ſumma.

j. Hæreditatem qui diuidant.
ij. Quæ res diuidendæ.
iij. Quî diuidendum.
iiij. Quæ in hoc iudicio veniant.

Capitis j. articuli.

j. Teſtator. ij. Iudex. iij. Cohæredes.

Articulus j.

FAmiliam à teſtatore[b] diuidi poſſe Gordianus ad Teleſphorū re- *b l.quoties.*

ſcripſit.Familiã adpellat Caius,hęreditatem, leges xij. Tabul. explicans. Acolaſti patrem bona diuiſiſſe D.Lucas[a] ſcribit in hæc verba, καὶ διεῖλεν αὐτοῖς τὸν βίον.

[a] ca. xv.

Articulus ij.

Qui ius dicit, hæreditatem adiudicationibus partiri eum poſſe diuus Antoninus[b] conſtituit.Id etiam arbitro licere[c] principalibus conſtitutionibus declaratur.Sed hoc partibus æquis accipiendum diui Philippi reſcripto conſtat.

[b] l.aduerſus.
[c] l.ſi cogitatione.

Articulus iij.

Familiam ſibi diuidere cohęredes poſſe principes[d] decreuerunt.Natu tamen maior,iure moribus recepto,diuidit:eóq; iure vtuntur Galli noſtri.

[d] l. cohæredibus.

Capitis ij.articuli.

j. Hæreditas. ij. Subtractum.

Artic

Articulus j.

Hæreditatem [a] ipſam diuidi inter hæredes lege xij. Tabul. conſtitutionibus principum, prudentúmque reſponſis expreſſum eſt.

[a] toto hoc titu.

Articulus ij.

Subtractarum [b] rerũ communium diuidendarum indemnitatem cohęredibus præſtandam principũ reſcripto iubetur. Cohæredum enim plerique ſolent diuidundas res ſubripere fraudandorum cohæredum cauſa: id quod à Perſa fratre effectum fuiſſe elegantiſſimus Poëtarum Heſiodus ἐν ἔργοις, καὶ ἡμέραις α. ſcribit.

Ἤδη μὲν γὰρ κλῆρον ἐδασσάμεθ᾽: ἀλλά τε πολλὰ
ἁρπάγων ἐχόρει μέγα κύδαινων βασιλῆας
Δωροφάγους, οἳ τὴν δε δίκην ἐθέλουσι δικάσαι.

[b] l. incerti.

Capitis iij. articuli.

j. Aequalitas. ij. Adiudicatio.

Articuli vtriusque tractatio.

a l. inter.
b l. iij.

Familiam æquis[a] portionibus, adiudicationibúsque[b] diuidendam constitutum est. Aequalitatem enim obseruandam docuit Xenophon. lib. ij. Cyropæd.

Capitis iiij. articuli

j. Fructus. ij. euictio. iij. compensatio.

Articulus j.

c l. non est ambiguũ.

Fructus[c] in hoc iudicium venire Gordiani rescripto exprimitur.

Articulus ij.

d l. si familiæ.

Euictionis nomine[d] hoc iudicio agendi ius esse Diocletianus, & Maximianus rescripserunt.

Articulus iij.

e l. filium, quem.

Præcepta[e] compensanda eorundem Imperatorum constitutione declaratur.

In titu

In titulum, De probationibus.

CATAPODISMVS IIII.

Summa capita.

j. Quis probaturus.
ij. Quibus argumentis.
iij. Probationum vis.

Capitis j. articulus vnus.

Dicens.

Qui dicit, fidem[a] facere eum debere diuus Antoninus reſcripſit. Species aliquot recenſeamus. Petitorem itaque probare oportere eodem reſcripto conſtat. Soluiſſe ſe[b] adſeuerantem in eadem cauſa eſſe idẽ cum patre Seuero conſtituit. Rem quoque mancipij ſui dicentem[c] probatione adſtringit diuorum Imperatorũ conſtitutio. Sed & is, qui minorem[d] ſe contendit, probare debet Diocletiani & Maximiani conſtitutione.

a l. poſſeſſiones.
b l. vt creditor.
d l. vis eius.
e l. quũ te.

Capitis ij.articuli.

j. Teſtes. ij. inſtrumenta.

Articulus j.

a l.fin. Faciundæ fidei argumentum [a] teſtes eſſe Gordianus, Valentinianus, & Theodoſianus conſtituerunt.

Articulus ij.

b l. proprietatis. Inſtrumentis [b] fidem habendã diui Antonini reſcripto expreſſum eſt. Sed non omnia ſcripturarum genera fidei autoritatem non habere conſtitutionibus [c] aliquot compræhẽditur: cuius generis ſunt epiſtolæ, inſtrumenta priuata, rationes, adnotationes, & huiuſmodi cætera.

c l. v. vj. vij. xiij. & xxiij.

Capitis iij.articuli.

j. Fides indubitata. ij. Conſequẽs concluſio.

Articulus j.

d d.l.fin. Indubitatam [d] fidem facere oportere optima ratione conſtitutum eſt.

Arti

Articulus ij.

Probandum ita esse [a], vt legitimè institutæ actioni, exceptionive inseruiat probatio: fidésque ad rem pertineat, & necessario ex ea sequatur complexio.

a l.ad probationem.

In titulum, De executione rei iudicatæ.

CATAPODISMVS V.

Capita summa.

j. Executoris officium.
ij. Executionis forma.
iij. Quæ res capiundæ.

Capitis j. articulus vnus.

Sententiæ executio.

EXecutorum officium id esse, vt sententias iudicum ad effectum perducant, diuorũ principum [b] constitutionibus declaratur: executorémq; ita definiunt. Executorem eum esse solùm manifestum est, qui post sen-

b l.pen.

tentiam inter partes, audita omni, & discussa lite, prolatam rei iudicatæ vigorem ad effectum videtur adducere. In eum etiam significatum, verbum, à quo nomen ductum fuit, exequor, accepit Apuleius. Iussa, inquit, eius exequor. Vergilius lib. v. Aeneid.

Annua vota tamen, solennésque ordine pompas
Exequar, sternerémque altaria donis.

Capitis ij. articuli.

j. Prçhẽsio. ij. Distractionis forma.

Vtriusque articuli tractatio.

Rem iudicatam, captis pignoribus[a], distractísve exequi constitutionibus declaratur. Id efficiundum, habitis[b] hastis, esse diui Seuerus, & Antoninus rescripserunt. Hastæ vsus Romæ incidit, quum bonorum auctio fieret. Ea fuit centumuiralis iudicij signum, ac instrumentum. Hinc elegan

a l. ij.

b l. ordo.

gantissimus Poëta Martialis,

Centum grauis hasta virorum.

Hastæ, centúmq; virali iudicio, vnũ ex Prætoribus præfuisse Pomponius[a] lib.j. ἐγχειριδίου scribit.

[a] l.ij. D. de orig. iur.

Capitis iij. articuli.

j. Res mobiles, immobilésque. ij. nomina.

Articulus j.

Res quasuis[b], siue mobiles, mouẽtes se, siue soli capi posse rescriptum est.

[b] l. si longi.

Articulus ij.

Debitorum[c] nomina in causam iudicati capi posse diuus Gordianus rescripsit. In stipendiis[d], quæ nec retineri possunt, contrà esse constituêre diui Principes.

[c] l. etiam.

[d] l. iiij.

ΔΙΚΑΙΟ-
ΛΟΓΙΑΣ
LIBER SINGULARIS

AD MICHAELEM
Hoſpitalium magnum
Franciæ Cancel-
larium,

*Pardulpho Prateio IC. Augu-
ſtobuconiate, autore.*



MICHAELI HOSPITALIO, MAGNO Franciæ Cancellario,

καὶ νομοφύλακι,

Pardulphus Prateius εὖ πράττειν.



EXPEDITISSIMVM *docendi, scribendíque genus apud grauissimos rerum scriptores animaduerti, vir illustrissime, si res ab origine, causa, definitione, partitione, effectu, & fine explicentur: id quod non solùm in vniuerso iure ciuili edisserendo, sed & in singulis tractatibus, atque titulis veteres obseruasse liquidò constat eorum monimentis. Quibus adductus* δικαιολογίαν *hanc meam, iurísq; tractationem*

nem ea methodo ſcripſi. Quanta enim ſit vis ordinis, Xenophon his verbis expreßit, καὶ στρατιά γε ἔφην ἐγω, ὦ γύναι ἄτακτος μένουσα ταραχωδέστατον, καὶ τοῖς μὲν πολεμίοις δυχειρότατον, τοῖς δὲ φίλοις ἀκλεέστατον ὁρᾶν, καὶ ἀχρηστότατον, ὄνος ὁμοῦ ὁπλίτης, σκευοφόρος ἱππεὺς ἅμαξα. *Huic quoque* δικαιολογίᾳ *diuini & humani iuris cognationem eò interieci, vt perditißimis, ac profligatißimis dicæomaſtigibus, atque facinoroſis hominibus perſpectißimum eſſet, quanta feratur ius ciuile autoritate, dignitate, ac æquitate. Tu interim boni, & æqui conſule, ac vale.*

Lugd. Kal. Ian.

1561.

ΔΙΚ



ΔΙΚΑΙΟΛΟΓΙΑΣ

LIBER SINGVLARIS DE ORIGINE IVRIS.

CAPVT I.



SACROSANCTA iura à Deo opt.max.rerúmque omnium parente profluxisse memoriæ prodidere diuinarum,ac humanarum rerum scriptores. Legem enim, nascente mundo,à magno,æternóque Deo præscriptam Adamo fuisse constat ex Hagiographis[a]. Omne fructuum genus huic concessit: fructũ autem arboris scien

[a] Genes. cap.2.

ſcientiæ vetuit Deus. Quòd ſi contrà factum eſſet, facinus morte expiandum ſanciuit. In eadem quoque ſententia videtur fuiſſe Vergilius de Saturno loquens[a],

Primus ab Aetherio venit Saturnus Olympo,
Arma Iouis fugiens, & regnis exul ademptis:
Is genus indocile diſperſum in montibus altis
Compoſuit, legèsque dedit.

Hoc quoque expreſſiſſe viſus eſt M. Cicero[b]: cuius verba huc tranſcribere nimis longum eſſet. Huius etiam rei fideliſſimus, certiſſimúſque teſtis Moſes Iſraëlitarum dux apud Diodorum Siculum lib. ij. rerũ antiquarum. Sed & leges deorum inuentum dicebat Demoſthenes in ea, quæ eſt in Ariſtogitonem, oratione, ὅτι πᾶς ὅς

a lib. vij. Aeneid.

b lib. j. de legib.

νόμος εὕρημα μὲν καὶ δῶρον θεῶν: ídq; probat Marcianus[a]. Nam (vt S. Iacobus ait Epiſt.cap.j.) πᾶσα δόσις ἀγαθὴ, καὶ πᾶν δώρημα τέλειον ἄνωθέν ἐστι καταβαῖνον ἀπὸ τοῦ πατρὸς τῶν φώτων. Quod & nouiſſima Iuſtiniani conſtitutione[b] expreſſum eſt, τέλειον ἡμῖν ἁπάντων τῶν ἀγαθῶν παρὰ τοῦ μεγάλου Θεοῦ διδομένων ὤφθη μὲν χρῆναι καὶ αὐτοὶ &c. C.verò Tacitus[c] iuris originem, & progreſſum ita deſcribit, Vetuſtiſſimi, inquit, mortalium nulla adhuc mala libidine, ſine probro, ſcelere, eóq; ſine pœna, & coërcitionibus agebant: neque præmiis opus erat, cùm honeſta ſuopte ingenio peterentur: & vbi nihil contra morem cuperent, nihil per metum vetabatur. At poſtquàm exui æqualitas, ac pro modeſtia, ac pudore ambitio, & vis incidebat prouenere dominationes, multósq; apud populos æternum man

a l.ij. D. de legib.

b διάταξ. ex. in prin.

c lib.iij.

manſere. Quidam ſtatim, aut poſtquàm Regum pertęſum eſt, leges maluerunt. Hæ primò rudibus hominũ animis ſimplices erant, maximéque fama celebrauit Cretéſium, quas Minos: Spartanorum, quas Lycurgus: ac mox Athenienſibus quæſitiores iam & plures Solon pręſcripſit. Nobis Romulus, vt libitũ imperitauerat: dein Numa religionibus, & diuino iure populum deuinxit, repertáq; quædam à Tullo, & Anco: ſed præcipuus Seruius Tullius ſanctor legũ fuit, queis* etiam Reges obtemperarent. Pulſo Tarquinio, aduerſum patrũ factiones, multa populus parauit tuendæ libertatis, & firmandæ cõcordiæ: creatíque Decemuiri & accitis, quæ vſquam egregia, compoſitæ xij. Tabulæ, finis æqui iuris. Nam ſecutæ leges, etſi aliquando in maleficos ex deli-

* *fortaſſe, quibus*

cto, sæpius tamen ex dissensione ordinum, & apiscendi illicitos honores, aut pellendi claros viros, aliáque ob praua per vim latæ sunt. Recenset subinde idem aliquot alias leges à L. Sulla dictatore, Gn. Pompeio, & Cæsare Augusto latas. Scio Põponium[a] de origine, ac processu iuris scripsisse: at eius verba huc transcribere prudens nolui: vtpote cùm iuris studioso cuiuis obuia sint. Receptissimum autem est leges à Deo magno, æterno, ac præpotenti promanasse. Quo fit, vt eas sanctas & sacras appellare optima ratione & possimus, & debeamus: quod & ab optimis Impp.[b] obseruatũ fuit. Hinc M. Cicero in lib. de legib. Certa, inquit, sunt legum verba, Quinte, neque ita prisca, vt in veteribus his, sacratísque legibus &c. Sacratissimæ vsqueadeò sunt leges, vt pretio

a l. ij. D. de orig. iur.

b l. leges sacratiss. C. de legib.

pretio numario æstimari neç posse, nec debere eas Vlpianus [a] rectè censuerit. Est, inquit, quidem sanctissima res ciuilis sapientia: sed pretio numario non sit æstimãda. Quòd si causarum non vindices, sed consarcinatores, iudicésque corrupti, & δωροφάγοι alio, quàm legibus liceat, pede proficiscantur: ob ídque iudicia sint vænalitia, hoc quidem non legibus, sed ἀργυροδικασταῖς adscribendum putes. Quo in genere Demosthenes Solonis legem explicans κατὰ Τιμοκράτ. sic ait, τοὺς γὰρ νόμους ἡγεῖται τῆς πόλεως νόμισμα εἶν δεῖ δὴ τοὺς δικαστὰς πολλῷ μᾶλλον εἶπας ὅλης πόλεως ὄντι &c. Legem Solonis ad eos, qui leges falsassent iudices, pertinere rectè existimauit.

a l.j. §.j. D. de extraordi. cognit.

CAVSA IVRIS.

CAP. II.

REipublicæ salutem causam iuris

esse apud M. Ciceronem animaduerti. Huc pertinet, quod ἐν νεάραις Iustinianus[a] Imp. expressit, αἱ τῶν ὑπηκόων τῶν ἀμέτρων προσαγγελίαι νόμων ἡμῖν παρέχουσιν ἀφορμὰς, ὑπὸ συνηθείας τῶν ὑποθέσεων συγγραφομένων. Constat (inquit M. Cicero in lib. de legib.) ad salutem ciuium, ciuitatúmq; incolumitatem, ac hominum vitam inuentas esse leges. Quandoquidem à stirpe (penè dixerim) interiret respubl. malorũ Iliadibus perculsa, obrutáve; nisi leges armatæ eã defenderent, in libertatẽ adsererent, & vindicarent. Quo fit, vt Decretorum architectus Gratianus[b] causam iuris ita definiat. Causa verò constitutionis legum est humanam coërcere audaciam, & nocendi facultatem refrænare. Hominum etiam seruandorum causa omne ius constitutũ Hermogeniano[c] placuit. Dissentaneum non

a Constit. 93.

b iiij. distinctio. in sum. & c. j.

c l. ij. D. de statu homi.

non erit adiicere, quod ait Plato in Hippia: Constituitur, inquit, lex vtilitatis gratia.

IVRIS DEFINITIO.

CAP. III.

APtissima disserẽdi ratio nos admonet, vt hoc loco ius definiamus. Celsus itaque apud Vlpianum[a] ius definit in hæc verba, Ius est ars boni, & æqui, cuius meritò quis nos sacerdotes adpellet. Iustitiam nanque colimus: boni & æqui notitiam profitemur, æquum ab iniquo separantes: bonos non solùm metu, verùm etiam præmiorum exhortatione efficere cupientes: verã (nisi fallor) philosophiam affectantes. Quod ait Celsus, æquum ab iniquo separantes, ad iudices pertinet. Iniquũ enim ab iniquo separare optimi iudicis officium

[a] l. j. D. de iust. & iure.

definit, Ius, inquit, est, quod omnia recta, inflexáq; exigit. Hac definitione summum solùm ius mihi complecti visus est Aelius: id quod æquitati reclamat. Summum enim ius summam iniquitatem adpellat M. Cicero in libris Officiorum. Existunt, ait, etiam sæpe iniuriæ calũnia quadam, & nimis callida iuris interpretatione. Ex illo, summum ius, summa iniuria est, factum est prouerbiũ. Hinc Terẽtius in Heautontymorumeno[a], *a Act. 4. Scen. 5.*

--Verum illud, Chreme,
Dicunt, Ius summum, sæpe summa malitia est.

Verior autem est Celsi definitio à G. Budæo optimè, ac elegantissimè explicita in prioribus.

IVRIS PARTITIO.

CAP. IIII.

DEfinitioni finitima est partitio:

expeditissimum enim est diligenter disserendi instrumentum. Ius itaque vniuersum in duas positiones diducit Vlpianus[a]: publicum, & priuatū. Publicum ius, quod ad statum rei Romanæ spectat. Priuatum, quod ad singulorum vtilitatem. Sunt enim quædam publicè vtilia, quædam priuatim. Publicum ius in sacris, in sacerdotibus, in magistratibus consistit. Sunt qui ius[b] in sacrum, publicum, & priuatum diduxerint. verior mihi semper visa fuit Iuriscos. diuisio, atque ab omnibus recepta. Vtranque θέσιν aliquando fusius explicabimus: his etenim ius vniuersum consistit.

a l. j. §. j. D. de iusti. & iur.

b F. Quintilia. lib. 2. cap. 4.

EFFECTVS IVRIS, DIVINI, ET HVMANI IVRIS COGNATIO.

CAP. V.

HVmani iuris effectus tres esse cō-

stat,

ſtat, ídq; ex Iuriſprudentiæ libris colligitur. Iubent enim fidem, & voluntatem adſeruare, & rebus alienis abſtinere. Ecquid, obſecro, hoc præſcriptorũ genere τῇ ἁγιογραφίᾳ adfine magis? Principiò potentiſſimã fidem adſeruari iubent Euangeliographi, & Apoſtolus, Pœnitemini, & credite Euangelio. Voluntati quoque ſummi, æterníq; Dei parere nos oportere conſtitutum fuiſſe aiũt Pſalmographus[a] David, & Apoſtolus[b], ἐν κεφαλίδι βιβλίου γέγραπται περὶ ἐμοῦ τοῦ ποιῆσαι τὸ θέλημά σου. quod & à Deo efflagitandum perſuaſit Chriſtus Dominus noſter apud Euangeliographum[c], γενηθήτω τὸ θέλημά σου: vt fecit & pſalmographus, Doce me facere voluntatem tuam. Res alienas mancipij ſui facere, occupare, in eas irrepere, eásq; capere vetat Deus: flagitiísque abſtinere prohibet,

a Pſalm. 39.
b Hebr. 10.
c Matthæi 6.

hibet, ídque variis locis Bibliorum[a]. His constat Christianismus. Iam verò exploremus, iura ciuilia iisdẽ consumantur effectibus nécne: atque à fide exordiamur. Fidem liberandam, pactáq; seruanda edixit Prætor apud Vlpianum[b]: fidem autem fallere graue esse idem ait[c]. Sed illud accipiendum est, si contra leges, constitutiones, bonósque mores non fiant: alioquin pactiones nullam vim habere diuus Antoninus[d] rescripsit. Voluntatum genera quatuor adseruanda iubent leges. Legis siquidem voluntas seruari debet, ídque diuorum principum[e] rescriptis continetur. Leges sacratissimæ, quæ cõstringunt hominum vitas, intelligi ab omnibus debent, vt vniuersi præscripto manifestius cognito, vel inhibita declinẽt, vel permissa sectentur. M. quoq; Cicero,

a Exo. 22.
b l. iurisgẽt. §. prætor. D. de pact.
c l. j. de constit. pec. D.
d l. pacta, quæ. C. de pact.
e l. leges. iij. C. de legib.

cero[a], Si verò, inquit, iisdem imperiis & poteſtatibus parent, multò etiam magis huic cœleſti deſcriptioni, mentíq; diuinæ. Legem, mentem diuinam adpellat. Idem à Iuſtiniano reſcriptum[b] eſt, γὰρ νεάραις, ἀλλ' ἅπαντες ὑπακούειν τῶν νόμων καὶ ὑποκεκλιμένοι ὑπὸ τὸν δικαιοσύνης θεσμόν, ἥμερόν τε αὐτὸν καὶ διὰ πάντων ἄγοιεν ἰσχυρόν. Eum, qui legibus obtemperat, iuſtũ adpellat Xenophon. Parere autẽ legibus ita accipi debere ſcio conſtitutum, vt legitimo iure negotia explicemus, vt legum ſcitis controuerſias diſceptemus. Sacramento adigendos ius dicturos Iuſtinianus[c] reſcripſit: vt cum veritate & legum obſeruatione iudicia ſua diſponãt. Tranſgrediamur ad ſecundum voluntatis (quatenus ad hunc locum pertinet) genus. Principum itaque voluntati, ac præſcriptis parere nos oportere inter

a lib. j. de legib.

b conſtit. lxviij.

c l. rẽ non nouam. C. de iudic.

ter hagiographa receptiſſimum eſt: íd que Apoſtolus[a] explicat, πᾶσα ψυχὴ ἐξουσίαις ὑπερεχούσαις ὑποτασσέσθω. Virũ diuæ matris Chriſti Domini noſtri decreto Cæſaris obtemperaſſe ſcribit Euangeliographus[b], ἐγένετο δὲ ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ἐξῆλθε δόγμα παρὰ καίσαρος αὐγούστου ἀπογράφεσθαι πᾶσαν τὴν οἰκουμένην· αὕτη ἡ ἀπογραφὴ πρώτη ἐγένετο ἡγεμονεύοντος τῆς συρίας κυρηνίου, καὶ ἐπορεύοντο πάντες ἀπογράφεσθαι ἕκαστος εἰς τὴν ἰδίαν πόλιν. ἀνέβη δὲ καὶ ἰωσὴφ ἀπὸ τῆς γαλιλαίας ἐκ πόλεως ναζαρὲθ εἰς τὴν ἰουδαίαν εἰς πόλιν Δαβὶδ ἥτις καλεῖται Βηθλεὲμ διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν ἐξ οἴκου, καὶ πατριᾶς Δαβὶδ· ἀπογράφεσθαι σὺν Μαριὰμ τῇ μεμνηστευμένῃ αὐτῷ γυναικὶ, οὔσῃ ἐγκύῳ. Sic & Agamemnoni audiuit Chriſes apud Homerum[c];

ὣς ἔφατ' ἐκδείσε δ' ὀρέγων, καὶ ἐπείθετο μύθῳ.

Non diſſimilis eſt M. Ciceronis[d] ſententia: cuius hæc verba ſunt, Omnes anti

a Rom. 13.
b Luc. 2.
c Iliad. α.
d lib. 3. de legib.

antiquæ gentes Regibus quondã paruerunt. Parendi causas adfert S. Paulus[a], οὐ γὰρ ἔστιν ἐξουσία, εἰ μὴ ἀπὸ τοῦ θεοῦ. Huc proximè accedit illud Homericum Iliad. α. *a Rom. 13.*

Τιμὴ ἐκ Διός ἐστιν.

Quòd si quis principi non paruerit, morti addicendum eum placuit[b]. *b Deuter. 17. 1. Regum 3.*

Tertium voluntatis genus est, iudicum est, quibus obtemperandum suadet diuus Petrus[c] in Epistol. ὑποτάγητε οὖν πάσῃ ἀνθρωπίνῃ κτίσει διὰ τὸν κύριον, εἴτε βασιλεῖ ὡς ὑπερέχοντι, εἴτε ἡγεμόσιν ὡς δι' αὐτοῦ πεμπομένοις εἰς ἐκδίκησιν &c. Magistratibus parendũ scribit Xenophon lib. iij. ἀπομνημ. Extat & in eãdem rem nouissima Iustiniani cõstitutio[d]: cuius hic est titulus, περὶ τοῦ πάντας ὑπακούειν, καὶ πείθειν τοῖς ἄρχουσιν τῶν ἐπαρχιῶν, καὶ ἐπὶ ἐγκλήμασι, καὶ ἐπὶ χρήμασι, &c. Qui ius dicenti non paruerint, in eos iudicium *c 1. Pet. 2.* *d cõsti. 69.*

pœ

a l.j.D.si quis ius dicen. nō obtemp. pœnale dari Vlpianus[a] rectè existimauit: id quod etiam ad legatos pertinere lib. iiij. cap. vij. Iurisprudentiæ mediæ ostendi. Huic vicinus tractatus erit testantium voluntas, cui obtemperandum variis iuris ciuilis articulis proditum scio. Qua in re sic

b cōsti.22. constituit Imperator Iustinianus[b], Νομοθετείτω μὲν γὰρ ἕκαστος ἐπὶ τοῖς ἑαυτοῦ τὰ εἰκότα, καὶ ἔστω νόμος ἡ τούτου βουλὴ, καθάπερ καὶ ὁ παλαιότατος ἡμῖν τῶν νόμων, καὶ πρῶτος σχεδὸν τῆς πολιτείας ῥωμαίοις διατάξας φησὶ (φαμὲν δὲ τὸν δυοδεκάδελτον) κατὰ τὴν ἀρχαίαν, καὶ πάτριον γλῶτταν οὑτωσί που λέγων. *Uti quisque legaßit de re sua, ita ius esto.* Hæc autem xij. Tabul. lex ex lege Solonis à Decemuiris translata fuit, ᾧ βούλεταί τις τὰ αὐτοῦ (εἰ μὴ παῖδες ὦσιν αὐτῷ) δοῦναι ἐξεῖναι. Cassa quoque testantium iudi-

c l.j.C.de sacr. sanct. eccles. cia esse non debere Constantinus[c] rescripsit. Ea est testantium voluntatis

vis,

vis, vt in conditionibus primum locum optineat, ídque Vlpianus[a] scribit. Sed & lege eam potiorem esse, & ei præferendam eiusdẽ Vlpiani[b] sententia comprænhensum scio. Planè liberior testandi voluntas à lege Falcidia, & aliis repressa est: cuius rei tractationem prudens prætereo, vt quæ ad institutum nostrũ non pertineat. Sunt & alij casus, quos recenset Accursius[c], quibus liquidò constat voluntati testantis non parendum.

Alieno abstinendum iussit Deus. Extat & in eandem rem Draconis Atheniensis lex, τῶν ἀλλοτρίων ἀπέχεσθαι. Omnes enim scire debẽt, quid suum, quídve alienum: quod si hoc quis adtigerit aduersus domini voluntatem, furti eum obnoxium veteribus legibus[d] cõstat. Quod ait lex, τῶν ἀλλοτρίων, ad publica producit Vlpianus[e]. Fla-

a l. in conditionibus. D. de cõdi. & demon.
b l. ex eo. D. de trit. vino, & ol.
c glos. l. ij. vbi pupil. educ. deb. D.
d l. fin. C. vnde vi.
e l. ix. de pœnis. D.

gitiis, facinoribúsque abſtinendum iubent iura ciuilia, quæ expiari volunt. Nam turpibus & iniuſtis abſtinendū ſuadet Xenophon ἀπομνημ. lib. j. Si quis autem πανδέκτων, Codicisve Iuſtiniani libros diligentiſſimè perluſtrauerit, eos tribus his effectibus, τῆς πίστεως, τοῦ θελήματος φυλακῆς, καὶ τοῦ ἀλλοτρίου, καὶ τῶν ἀδικημάτων ἀπέχεσθαι conſtare deprǽhendet, vel minimo negotio. Exempla huc referre longum nimis eſſet. En (iuris ſtudioſe) iuris diuini, & humani cognationem, æqui, boníque conſulas, velim. Δικαιοφύλακι quot, quantáq; adferantur commoda, recenſet Heſiodus lib. j. ἔργων. Quo adductus M. Cicero[a], Si, inquit, legibus pareant, nihil vrbe, nihil domo ſua dulcius, & legi obtemperantibus multa bona fuiſſe tradit Diodorus Siculus rer. antiqua. lib. ij. Quid igitur,

[a] lib. iij. de legib.

tur, ore querulo conclamitat vulgus, plébsq; imperita leges corruptas esse? Lex quidem sancta, sacráve est: quòd si aliqui ex iis, qui iuri dicundo præsunt, iudicia diuendant, id ipsis adscribendùm est.

LEGVM VIRTVS.

CAP. VI.

Legis virtutes recenset H. Modestinus[a] in hæc verba, Legis virtus hæc est, imperare, vetare, permittere, punire. His plures adiiciũt M. Fabius, & Zasius, sed quæ ad has quatuor facilè reduci possint, vt rectè existimauit I. Drosæus ad Modestini responsum[b]. Huius responsi παραδείγματα recenset Accursius[c]. Legũ intereà eam esse vim proditũ scio, vt reipub. nerui commodissimè appellari, & possint, & debeant. His siquidem ciuium sa-

a l. legis. D. de legib.

a παρατίτλ. de legib.

c d. l. legis.

lus, ciuitatum incolumitas & retinetur, & conſeruatur: at exlege ciuitate, populóque reſpub. à ſtirpe (penè dixerim) interiit, diſpereunt ciues, prædæ relictus eſt locus. Legum virtutes, poteſtatésve in hęc verba recenſet M. Fabius[a]. Porrò lex omnis, inquit, aut tribuit, aut adimit, aut punit, aut iubet, aut vetat, aut permittit. Sed hæ omnes iis, quæ connumerat Modeſtinus, continentur. Ad permiſſum enim tributionem, ſiue conceſſionem, ad ademptionem, punitionem referri & poſſe & debere exiſtimo. Rectè igitur ad quatuor virtutes reducit H. Modeſtinus, quē non contemnendæ autoritatis Iuriſcōſultum appellat Gordianus[b] Imperator.

a lib. vij. cap. vj. Inſtit. orat.

b l. 5. C. ad exhiben.

LEGVM FINIS.

CAP. VII.

Conſentaneum eſt eò legū finem refer

referre, vnde hæ profectæ ſunt. Has verò à ſummo Deo, optimóque hominum, ac rerum parente dimanaſſe ſuperiùs probauimus. Quo fit, vt legum finem Deum opt. max. conſtituere & poſſimus & debeamus. Humanarum legum ſcopus eò pertinet, vt reipub. ſaluti, ac integritati conſulatur. Locupletiſſimus huius rei teſtis eſt M. Cicero. Sit ergo, ait, finis in iure ciuili legitimè, atq; vſitatè, in rebus, cauſiſque ciuium æqualitatis conſeruatio. Legum finem prudentiam & religionem eſſe ex Platone quidam colligunt. Legũ verò finem in Theæteto adfirmat vtilitatem ſolam, cúmque Nomothetarum ſcopum. Quod ait M. Cicero verum eſſe minimè negamus. Sunt, qui eò iuris ciuilis finem referant, vt bene rectéque viuamus in ſocietate humana. At, vt eò vnde

profecta est lex, redeat, iustitiã vniuersalem, legum finẽ esse veriùs censuit Drosæus. Sunt autem, qui iustitiam vniuersalem summam bonitatem appellent,& interpretẽtur. Deus autem opt. max. summa bonitas est: quò leges, vnde dimanarunt, referendæ sunt.
a Rom.10. Hinc Paulus Apostolus[a], τέλος γὰρ, inquit, νόμου χριστὸς εἰς δικαιοσύνην παντὶ τῷ πιστεύοντι. Finis igitur legum ab ipsa origine dimanat, ac pendet, hoc est, ab ipso Deo rerũ, hominúmque parente. Sic & Manilius lib.iiij.

Fata regunt orbẽ, certa stant omnia lege,
Longáque per certos signantia tempora cursus
Nascentes morimur, finísque ab origine pendet.

ἡ ἀρετὴ τῶν πόνων [illegible].

SOL



SOLONIS LEGES RELIQVÆ, P. PRATEIO IC. COLLECTORE.

I.



VAE NON posueris, ne tollas: si contrà fiat, mors pœna esto. *Ex D. Laërtio.*

Hanc de furto accipit Plato: equidem etiam ad bona vi rapta pertinere puto: pro furto noua constit. Iustiniani 134. *mors non est irroganda.*

I I.

Comitiis magistratus eligantor: gestorũ ratio repetitor: alioquin magistratum gerere ne sinantur. *Ex Polit. Aristot.*

III.

Ex eod. Magiſtratus ex nobilibus conſtituantur,& locupletibus ex cenſu 500. modiorum, & iugerum: tertium ex equitibus, quartum ex opificibus ſordidis, quibus ius adſequendi magiſtratum nullum fuit.

Iudicum deligendorum formam præſcripſit Iuſtinianus.conſtit.nouel.82.§.ſi quis verò.& ſequ.ad hanc legem pertinet l.14.§.2.D.de mun.& hon. & vide l.fin. C.ad leg.Iul.repet.

IIII.

Ex Plutarc. Magiſtratus de quouis negotio ius dicunto:de eo adeũdi forum ius eſto.

Adeundos experiundi iuris cauſa iudices ex numeroſis Codicis Iuſtiniani conſtitutionibus liquet.

V.

Ex eod. Draconis leges,præter eas,quæ de cæde latæ erant,abrogantor.

Quod

VI.

Quod iudicium, pœnámve aliis praescripseris, tu sustineto, & patere. *Ex Stobæo.*

Simile edixit Prætor l.j.D.quod quisque iur.

VII.

Non quantum quisque velit, sed quãtùm lex permittit, agri possideto. *Ex Arist. Pol.*

*Huc pertinet quod ait Dion lib.*41.

VIII.

Iudices secundum leges se iudicaturos iuranto. *Ex Aeschine.*

Idem statuit Iustinianus l. rem non nouam.C.de iudic.

IX.

Mulierum morte damnatarum, si prægnantes sint, partum expectato. *Ex Diodoro.*

Idem in l.3.D.de pœnis.vbi vide Barto.

X.

Qui nequitia, ac flagitiis insignis est, à tribunali arcetor. *Ex Diog. Laër.*

Huc pertinet cõstit.82.diui Iustiniani.

X I.

Ex Demosth. Lex primùm recitator: deinde in publico proscribitor.

Huc pertinet l.2.D.de orig.iur.

X I I.

Ex Stobæo. Parentes reuerere.

Idem iussit יהוה *Exod.20.Deute.6.*

Latioribus commentariis in altera
veteris Iurisprudentiæ editione
has,vt cæteras,antè à nobis
euulgatas, illustrabi-
mus, Deo opti.
max.duce.

STV

STVDIOSO LECTORI S.

SPARSORVM *coactio quantum adferat studijs adiumenti, norunt, qui iuri diligentem operam dedêre: quo in genere plurimum Imperatori Iustiniano, qui hoc iusserat, debemus. at hoc opus, vt ait Vergilius lib. vj. Aeneid. hic labor est: in iuris autorum scriptis congerendis pleraque ingeminarunt, alia prætermiserunt, quædam truncatè, aut inuersim transcripserunt compositores iuris Ciuilis: id quod libris tribus prioribus Iurisprudentiæ mediæ obseruaui: quæ omnia iudicio peritorũ relinquo. Si in eo genere peccatum est, id non inscitiæ, aut socordiæ, adscribendum putes. Porrò in nullo peccare diuinitatis magis, quàm humanitatis esse ait idem Imperator:*

tor: nam nec quisquam mortalium vndiquaque perfectus est: ea est naturæ humanæ imbecillitas. Hæc autem non venandæ auræ popularis gratiâ, sed reipub. iuuandæ; si qua in re possum, scripsisse me existimes, velim: ab ineunte enim ætate eo ferri studio cœpi. Quod ad geminationem adtinet, eam non in verbis solùm, sed & in sensu spectari ex Q. Mutij Scæuolæ sententia animaduerti. l. 66. §. fin. D. de contrah. empt. Qui scripsit, inquit Mutius, Ruta cæsa, quæque ædium, fundíve non sunt: *bis idem scriptum dixisse videtur: ac si diceret, sat erat scripsisse* Ruta cæsa: *cùm Ruta cæsa sint, quæ neque ædium, neque fundi sunt. superuacaneè igitur adiectum putat,* quęque *&c. Hoc argumento erit geminationem haudquaquam vanè me notasse: tamen iudicio tuo omnia relinquo. Quemadmodum etiam antiquus librarius integra capita ingeminauit*

nauit (si Accursio credamus. §. quibus. j. consti. C. & l. 13. C. de dignitati.) potuit & omisisse permulta, & truncasse: quale obseruarunt, qui Pandect. Florent. repræsentauêre, quod ( ) parenthesis inclusione indicant. Tu interea boni consule, & vale.

AD LIBRVM.

In medios cœtus doctorum perge, libelle,
Quorum censuram, parue, subire velis.

FINIS.



INDEX RERVM, ET VERBORVM LOcupletissimus, ex media Iurisprudentia collectus.



Καθύ

Diuer

Leges

Leges aliquot restitutæ.

L.pen.& fi.C.ad l.Iul.maiest.non Codici Iustinianeo, sed Pandectis, eo.tit.erant interijciendæ, nempe l.si ante §.planè. nam Codici suo solùm veteres, nouásque constitutiones inserendas mādauit Iustinianus, Iurisconsultorū responsa suis Digestis. Porrò d.l.penulti. & vlti. in Pandectis desiderantur.

Leges geminatæ præter scriptas in primo libro.

L.viij.D.de act.empti.& l.22.§.j.D.de condict.indeb.duplantur.

Paren

Zasy

FINIS.

